SOLLEMNIA
PIAE MEMORIAE
AUGUSTISSIMI AC CLEMENTISSIMI PRINCIPIS

GUILELMI

GERMANORUM IMPERATORIS REGIS BORUSSIAE

LUCTUOSISSIMA MORTE DEFUNCTI

ORATIONE AB ELOQUENTIAE PROFESSORE

RICHARDO FOERSTERO

PATRIO SERMONE HABENDA

DIE XXII MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXXXVIII

IN MAGNA AULA HORA I POST MERIDIEM CELEBRANDA

INDICUNT

RECTOR ET CONSISTORIUM ACADEMICUM

UNIVERSITATIS CHRISTIANAE ALBERTINAE KILIENSIS.

INEST RICHARDI FOERSTERI DE ARISTOTELIS QUAE FERUNTUR SECRETIS SECRETORVM COMMENTATIO.

KILIAE

PROSTAT IN LIBRARIA ACADEMICA.

EX OFFICINA SCHMIDTII & KLAUNIGII.

1888.

De Aristotelis quae feruntur secretis secretorum.

Inter libros qui feruntur Aristotelis saeculis XIII XIV XV nullus maiorem auctoritatem nactus est quam qui inscribitur *de secretis secretorum* vel *de regimine principum (regum, dominorum, ducum)* vel *de signis et moribus naturalibus hominis* vel *liber morum (moralium)* vel *epistola Aristotelis ad Alexandrum.* Nam non solum sexcenties descriptus, sed etiam in omnes fere quae tum florebant linguas translatus vel liberiore modo expressus est. Inde a XVI saeculo minus aestimari coeptus est paulatimque in oblivionem cecidit, donec nostra aetate iterum virorum doctorum animos in se convertit. Praebet autem tantam disputandi materiam, ut aegre ab uno exhauriri possit certeque meas vires excedat. Neque omnino me operam qualemcumque in eo collocaturum fuisse confiteor, nisi etiam breve de physiognomonia caput contineret,[1]) quod quamvis multis extrinsecus perfusum e graeca doctrina desedit. Hoc autem caput ut nos nunc in sequentibus potissimum tenebit, ita simul ad alia imprimisque ad originem atque fata libri et translationum latinarum indaganda ansam praebebit. Totam quaestionem ad certum exitum nisi ab arabicae linguae gnaro neque prius quam textus arabicus ad fidem codicum recensitus et fontes eius explorati sint, perduci posse haud ignorans satis egisse mihi videbor, si aliquid ad eam promovendam me contulisse periti iudices existimaverint. Illius autem capitis quod eam formam cognovi cognitamque propono quae ab auctoris exemplo multo propius abest quam quae in Philippi Tripolitani translatione circumferebatur, id insigni Mauritii Steinschneideri benevolentiae me debere atque praeter hunc Georgio Hoffmanno, ubicumque eius doctrinam adiissem, suasore paratissimo et locupletissimo usum esse in fronte commentationis lubens profiteor.

Arabicum exemplum, cuius quam modo dixi interpretatio latina a Philippo Tripolitano facta extat[2]), lucem nondum vidit, sed in satis magno numero codicum latet: e quo eos de quibus paulo certiores facti sumus profero codices Gothanos 1869, 1870, 1871; Vindobonenses 1827 et 1828; Monacensem 650, Leidensem 1952, Berolinensem Sprenger. 943; e quibus Gothanus 1871 et Vindobonensis 1828 parum integri sunt. Alios enumeravit Pertschius (die arab. Handschriften der herzogl. Bibl. zu Gotha III p. 421), alios qui utrum huc pertineant incertum est[3]), Steinschneider (Jahrb. f. rom. und engl. Lit. XII, 366). Idem vir doctus duas classes codicum distinxit, quarum prior (Goth. 1869. 1870. 1871, Vind. 1827. Monac.), quam B littera insignivit, opus decem, altera, (Leid. Berol.) quam A littera insignivit, octo tractatibus comprehensum exhibet. Priorem classem formam operis magis genuinam servasse ut statuamus, sane parum idoneum est testimonium Philippi interpretis in prologo fol. II^b *dividens utique*

---

[1]) In nonnullis codicibus, ut Par. lat. 6298 fol. 155 *(Incipit physonomia Aristotelis),* Neapol. 246 f. 17^b *(Anfisonomia Aristotolis),* Vat. lat. 3180 p. 36 *(Incipit liber primus de phissonomia)* hoc caput per se constat. Codex autem Oxon. Balliol. 245 f. 146 (Jahrb. f. rom. und engl. Lit. XII, 375) non hoc caput continet, sed interpretationem physiognomonicorum quae feruntur Aristotelis, de qua ante hoc quadriennium egi.

[2]) In hac commentatione usus sum editione quae sub titulo *Secreta Secretorum Aristotelis Lugduni in edibus Antonii Blanchard anno domini MDXXVIII. die XXIII. mensis Martii* prodiit. De ratione quae huic editioni cum reliquis intercedit aeque atque de libris manuscriptis alio loco fusius agam.

[3]) Ex hoc numero eximendus est codex Vaticanus ar. 408 a Dresselio (Philol. XVI, 353) commemoratus, qui arabicam Aristotelis ad Alexandrum *περὶ βασιλείας* epistulae interpretationem continet, de qua infra p. 23 copiosius disputabo.

presentem codicem in distinctiones vel libros X quorum quilibet continet in se capitula et particulas terminatas, nam id nihil aliud nisi etiam Philippum opus X tractatibus comprehensum id est codicem B classis usurpasse demonstrat, sed quaevis dubitatio ipso de physiognomonia capite tollitur. Hoc enim cum aliis operibus quae ex eodem fonte fluxerunt comparatum formam quam codices prioris classis exhibent magis genuinam quamque codices alterius classis, plerumque mutatam et mutilatam esse comprobat.

Ad recensionem B recuperandam sufficiunt tres codices Gothani (1870=1, 1871=2, 1869=3), ad quorum fidem versio quae sequitur a Steinschneidero concinnata est; ad posteriorem recensionem A redintegrandam praeter Berolinensem codicem c littera insignitum Steinschneider interpretationis hebraicae codicem, qui penes ipsum est (= h), adhibuit. Iuxta formam latinam B recensionis posui interpretationem Philippi non qualis nunc in editionibus habetur, sed ad fidem codicum recensitam atque emendatam. Quorum cum numerus maior sit, quam ut omnes inspicere, nedum excutere licuerit, ego hos contulisse satis habui: Laurentianos XV sin. cod. IX f. 14 saec. XIII (= L)[1]) et LXXXIII, 2 f. 37 saec. XIV, (= M), Berolinensem lat. qu. 70 f. 34^b saec. XIV (= B), Chisianum H. VII 238 f. 119^b saec. XIV (= C). Lectiones codicis Vaticano-Palatini lat. 1363 f. 136^b s. XIII/XIV, quas Fridericus de Duhn mihi misit, aeque atque huic cognati Parisini 6298 s. XIV, cuius apographum a C. B. Hasio factum Eduardus Taubius in dissertatione (tract. script. graec. physiogn. praepar., Vratislaviae 1862) p. 29 et in libello gratulatorio gymnasii Gliwizensis anno 1866 edito (Aristoteles de arte physiognomonica ad Alexandrum scriptor) p. 1 sq. publici iuris fecit, repetere, quippe qui interpolati essent nec quicquam emolumenti ferrent, supervacaneum esse duxi. In ordine constituendo non A, sed B recensionem secutus sum.

Illud unum praemittendum esse duco nostrum caput in Philippi translatione male suo loco depulsum in fine legi. In exemplo arabico physiognomonia, ut quae esset medicinae spiritualis instar, post medicinam corporalem, i. e. diaetam apte locum tenet (in B in tractatu II, in A in tractatu VII). Cuius rei culpa non in editionem principem cadit, nam idem peccatum in codicibus apparet, si non in omnibus, certe in Vindob. 480 saec. XIII, Berolinensi, Palatino 1363, Bodl. Kenelm Digby 228 saec. XIV, Cantabr. Un. 1524 saec. XV, 1528 saec. XIV, 2327 saec. XV, 3235 saec. XIV, S. Florian. XI 130 s. XV, Traiect. $\frac{256\ 1}{296\ 1}$, idemque commissum est in codice Chis. E v 158 saec. XIV, qui opus in X libros divisum continet, quorum ultimus nostrum caput est. Itaque iam codicem ipsum quo Philippus usus est hanc labem contraxisse probabile est. Exodium verum contineri verbis fol. 30 b *O Alexander perfeci tibi quod promisi et solvi plena solutione. Esto ergo semper virtuosus: et deus gloriosus te dirigat: regat et custodiat: cuius bonitatem omnis percipit creatura* haud difficile dispexi rogatusque a me Steinschneider his verbis revera codicem B 3 fol. 66 desinere respondit.

Iam tres interpretationes latinae huius capitis sequantur, atque ita quidem, ut quae in textu arabico non reperiuntur, rectis cancellis includantur. Litterae cursivae in textu B recensionis adhibitae quid sibi velint, infra exponetur.

---

[1]) Hic codex est e numero eorum qui habent subscriptionem: *Completus est tractatus de signis et moribus naturalibus hominum ad regem magnificum Alexandrum qui dominatus fuit toti orbi dictusque monarcha in septentrione.* Sunt eiusdem generis codex Bruxellensis 11854—11855 saec. XIII/XIV, cuius accuratam descriptionem insigni comitati Aemilii Ouverleaux debeo, Vaticano-Palat. 1363 saec. XIII/XIV, Bodl. Rawlinson B 149 s. XIV, Cantabr. Un. 1528 (Gg. IV. 29) s. XIV, Marcian. class. XII, 3 s. XIV, Tolos. 736 s. XIV, S. Florian. XI 130 s. XV, Bonon. S. Salv. 2856, similis Vat. Reg. lat. 1767 et Riccard. 108.

A.

§ 1. Scias physiognomoniam esse unam e scientiis subtilibus et speculativis et intellectualibus quas novisse et intelligere te decet, quia hominum multum indiges, ut iis utaris. Hoc igitur capite tibi constituam argumenta physiognomoniae, quatenus eorum cognitio tempore praeterito apparuit et eius experientia diebus praeteritis comprobata est, deo volente.

1. Scias — unam] Cum physiognomonia sit una *c* 5. quas] atque unam ex iis quas *h*

B.

E rerum summa quarum scientiae non indigeas, est cognitio eius quod concipit anima per signum apparens, quando abstracta est a desideriis et liberata a rebus abiectis, et haec pars cognoscitur per cogitationem, et quando anima est dominans corpori et praeponderans ei et nihil intercessit inter materiam luminatam quae est in corde et inter materiam animalem quae est in cerebro, et purum [i. e. defaecatum] est ingenium ab impuro, et inversum est ad inquirendum quid fuerit [vel sit] ars hariolandi quae iam invenitur in quodam docto, vera [= vera facta?] quoad praedicitur miraculis occultis sine origine [= quorum origo occulta est?]; et circulatio [reversio] huius est etiam secundum ascendentem coniunctionis [stellarum] qui [quae?] incidit [?] in hanc virtutem generatam: sicut te oportet quaerere cum pulchritudine naturae scientiam physiognomoniae, et est scientia magna, et [iam] diebus antiquissimis ea usi sunt antiqui et gloriati sunt in pulchritudine naturae in hac scientia et attributus est ad veritatem eius ex antiquis Aclimas auctor physiognomoniae et demonstravit compositionem hominis e moribus animae suae. Et occurrit de eo nar-

1. *Haec paragraphus excepto fine p. 5, 20 sq.* (Et hoc — sufficiens) *in 1 deest* 2. est] o Alexander, est *3* 3. per signum apparens] sciens, apparens *2* 8. *enuntiatio* et — cerebro *in 2 corrupta* 12. inversum] inversione *3* 20. in — generatam] Haec virtus generata *2* 27. scientia] scientia. Et est scientia vera et nisi esset longitudo [rei], indicavissem tibi causam quae veritatem eius et eorum qui eam possident necessariam reddit *3*.

Ph.

Et inter ceteras res est illa quam te non oportet ignorare, scilicet cognitio qua investigat et cognoscit anima tua per signum nobile, cum abstracta fuerit a desideriis et concupiscentiis et cum fuerit liberata a nocivis, et haec divisio cognoscitur cogitatu. Cum itaque fuerit anima superans et dominans corpori et ei praeponderans et virtus flammea existens in corde non desinat inter ipsam et virtutem animalem existentem in cerebro, tunc sublimatur et augmentatur et declaratur intellectus supra mensuram. Unde si quis quaerat causam prophetarum qui probati sunt in hoc mundo purissimi intellectus et verae visionis cum miraculis innativis prae ceteris ex praedictis provenit. Accidit etiam hoc ex constellatione geneseos mutantis hanc virtutem generativam: sicut te oportet quaerere signa et vestigia cum pulchritudine naturae, scilicet scientiam phisonomiae, quae est scientia magna, et per longi-

1. est illa] illa est *B* illam *C* illa *L* est alia *M* 2. scilicet] videlicet *M* 3. qua] quam *LM* investigat] investiget *M* cognoscit] cognoscat *L* (i) tua] *om. M* 4. cum] sive *B* (cum) sive *C* abstracta fuerit] fuerit abstracta *M* abstrata fuerit *L* 5. concupiscentiis] concuspicentiis *L* 7. divisio] omnino *LB* cognoscitur] cognoscuntur a *B* 9. et] *om. M* ei praeponderans] praeponderans ei *B* 10. flammea] flaminea *C* desinat] designat *C* 13. augmentatur] augmentabitur *BC* et declaratur] *om. B* 14. supra] secundum *BCM* *om. L* 15. qui] *om. M* 16. in hoc mundo] *om. M* 19. hoc] *om. M* geneseos] geneos *LC* 20. mutantis] imitantis *LMBC* generativam] generatam *M* 23. naturae] dierum tuae naturae *M* scientiam] scientia *LMC* 24. quae] et quae *M*

A.

B.

ratio pulchra mirabilis, quam referam, ut eam cognoscas.

Et hoc [est], quod discipuli excellentis Hippocratis formaverunt [= depinxerunt] formam Hippocratis in pergameno, deinde portaverunt eam Aclimae et dixerunt: considera hanc figuram et iudica nobis de moribus eius. Et inspexit compositionem eius et coniunctionem partium eius cum partibus [= unius cum altera], deinde dixit: hic [est] vir fraudulentus deceptor amans coitum. Et voluerunt interficere eum et dixerunt: o stulte, haec est figura excellentissimi [hominum] qui [sint] in terra et abstinentissimi eorum et nobilissimi eorum, haec est figura excellentis Hippocratis. Et dixit iis: sane quaesivistis a me scientiam meam et indicavi vobis. Quando pervenerunt ad Hippocratem et narraverunt ei quod artificiose fecerant et quod dixerat [Aclimas], dixit iis Hippocrates: verum dixit Aclimas neque per deum praetermisit litteram, verum ex quo perspexi has

2. cognoscas] cognoscas, si deus excelsus voluerit *2* 19. partium] membrorum *3* 24. excellentissimi — figura] *om.* *3* 32. iis] *om.* *2* 33. praetermisit] praetermisit in eo quod interpretatus est *3* 34. litteram] litteram; haec est qualitas mea et haec est condicio mea *3*

Ph.

tudinem dierum usi sunt antiqui hac scientia et gloriati sunt in inquisitione pulchritudinis naturae in hac scientia. Cuius perfectio attribuitur de numero antiquorum Philimoni summo doctori et magistro phisonomiae. Et revera investigabat ex compositione hominis qualitates et naturas animae eius. Et occurrit in ipso historia pulcra et extranea; constitue te super eam, ut intelligas.

Discipuli siquidem Ypocratis sapientis depinxerunt formam eius in pergameno et portaverunt eam Philimoni dicentes: considera hanc figuram et indica nobis qualitates et complexiones eius. Qui respiciens compositionem et dispositionem figurae comparavit partes eius ad partes dicens: iste homo luxuriosus est deceptor amans coitum. Ob quam rem voluerunt eum interficere dicentes: o stulte, haec est figura dignioris et melioris hominis, qui sit in hoc mundo. Philimon autem pacifi-

2. et — scientia] *om.* *C* in] *om.* *M* inquisitione] inquisione *L* 3. in hac scientia] per hanc scientiam *M* 4. de] ex *C* 5. Philimoni] Philomoni *B* Phisonomi *M* 7. investigabat] investigabit *M* ex compositione] expositionem *M* 8. qualitates] et qualitates *M* animae] *om.* *M* 9. occurrit] currit *LC* orunt *M* cetera *B* ipso] ipsa *LMBC* 12. siquidem] quidem *M* *om.* *B* 13. depinxerunt] depinserunt *M* pergameno] pergamenis *M* 14. Philimoni] Philomini *LC* Philomoni *B* phisonomi *M* 16. complexiones eius] eius complexiones *M* 17. respiciens] respexit *M* 18. figurae] figurae et *M* 19. eius ad] ad eius *L* 20. luxuriosus est] est luxuriosus *M* 21. quam rem] hanc causam *M* 23. dignioris et melioris] melioris et dignioris *BM* 24. hoc] *om.* *C* Philimon] Philomon *B* phisonomus *M* autem] vero *M*

A.

B.

res, feci animam meam [= me ipsum] regnare super eas et vici robur concupiscentiae meae in hoc. Hoc est augmentum excellentiae Hippocratis, philosophia enim est regnum concupiscentiarum.

Ego tibi constituo scientiae physiognomoniae vestigium [= descriptionem] abbreviatum et sufficiens, quod tibi sufficiet in pulchritudine naturae tuae et nobilitate substantiae a multis [i. e. quod tibi permittit multa negligere], si deus excelsus voluerit.

2. eas] eas, et superavit intellectus meus concupiscentias meas, et quivis sapiens, cuius intellectus non superat concupiscentias suas, non est sapiens *ג* 20. Ego tibi constituo] Porta abbreviata de physiognomonia, et, o Alexander, ego tibi constituo *ג* Ego — sufficiet] Et hoc est aliquid e scientia physiognomoniae praescriptum, abbreviatum, intelligibile, idoneum sufficiens *ו*

Ph.

cavit eos et correxit dicens: haec est figura Ypocratis; quod quaesivistis a me de mea scientia, hanc ostendi vobis et quod inde sentio secundum ipsam. Quando ergo pervenerunt ad Ypocratem, dixerunt ei quid fecerunt et quid respondit eis Philimon et iudicium eius. Quibus dixit Ypocras: certe verum dixit Philimon nec praetermisit unam litteram, verumptamen ex quo ego perspexi et consideravi haec turpia esse et reprobanda, constitui animam meam regem super ipsam et retraxi eam ab eis et triumphavi super retentione concupiscentiae meae. Haec est itaque laus et sapientia Ypocratis, quia philosophia nihil aliud est quam abstinentia et victoria concupiscibilium.

Constituo ergo tibi ex hac scientia phisonomiae regulas et constitutiones abbreviatas et sufficientes quae dabunt tibi magnum commodum et pretium ex nobilitate naturae tuae et puritate tuae substantiae.

1. haec — Ypocratis] *videntur post* mundo *collocanda* 2. Ypocratis] *om. LC* quod] quod enim *B* quid hoc *L* quid ad hoc vos *M* sed hoc quod *C* 3. hanc] hoc *B* *om. C* 4. et] *om. B* 5. ergo] vero *MB* 6. quid] quod *M* 7. quid] quod *M* respondit] respondidit *M* Philimon] philomon *B* fisonomus *M* 9 Philimon] philomon *B* phisonomus *M* 10. verumptamen] veruntamen *M* 11. ego] *om. M* perspexi] prespexi *LC* inspexi *B* 12. et] *om. B* 13. meam] meam et *L* 15. retentione] retentionem *M* concupiscentiae] concuspicentiae *L* 17. Ypocratis] ex operibus Ypocratis *BM* 18. est] *om. M* 19. concupiscibilium] incuspicibilium *L* 20. ex] rex ex *B* scientia] scientie *B* 21. phisonomiae] philosophiae vel phisonomie *B* 22. abbreviatas] abreviatas *M* quae] et *C* *om. L* dabunt] dabit *M* debet *L* dicent *C* erit *B* 23. commodum et] *om. M* 24. tuae] *om. C* 25. substantiae] scientiae *M*

A.

§ 2. Iam scis, Alexander, matricem esse fetui idem quod ollam ferculo. Temperamenta diversa secundum creaturam et naturas inter se discrepant secundum compositionem. Scias igitur album diffusum cum colore qui caeruleo similis est et splendide ruber est, impudentiam et fraudem indicare et improbitatem parvamque intelligentiam. Itaque cave ab omni homine cuius color caeruleus et splendide ruber est. Si autem accedit quod frons lata aut mentum angustum et capillus uber est, cave ab eo, ut a vipera caves.

§ 3. O Alexander, cum videris hominem qui frequenter te aspicit et, cum eum aspexeris, erubescit et pudibundus fit et irridere videtur, noli eo delectari. Si oculus eius lacrimat, te diligit et metuit idque eo magis, si oculus est inter gratos, de quibus antea sermo fuit. Si tu eum aspicis et ille te aspicit sine pudore et metu, tibi invidet, parvi te facit neque tibi fidus est.

7. diffusum] splendidum *h* 10. improbitatem] coitum *h* 11. *Post* intelligentiam *h addit:* Inspice tibi Germanos has ultimas proprietates possidentes scilicet stultitiam, perfidiam et impudentiam. 18. *Haec § post 5 § extat* 24. diligit et metuit] metuit et diligit estque amicus fidelis *h* si — gratos] si in oculis sunt signa laudata *h*

B.

Iam scis matricem esse fetui idem quod ollam ferculo. Et albedo diffusa [vel splendida] cum colore caerulei simili et splendide rubro et rubor splendidus signum est diminutae decoctionis. Et si accedit ad hoc diminutio in indole, iam diminuta est natura. Cave ergo ab homine caeruleo et splendide rubro: haec est indoles impudentiae et fraudis et improbitatis.

O Alexander, cum videris hominem qui frequenter te aspicit et cum eum aspexeris, erubescit et pudibundus fit et irridere videtur, noli eo delectari. Si oculus eius lacrimat, is te diligit et metuit. Si vero contrarium fuerit, tibi invidus est et te contemnit.

2. Et — decoctionis] *om. 2* 4. colore] *om. 1* et — rubro] *om. 1* 10. rubro] rubro et paucis praedito pilis *3* 18. O Alexander] *om. 2*

Ph.

Scias ergo, quod matrix est embrioni sicut olla ferculo decoquendo. Albedo ergo cum livido colore et flavus color nimius est signum diminutae decoctionis. Si ergo accidit cum hoc diminutio in temperatura, diminuetur similiter et natura. Fuge ergo ab omni homine livido et flavo, quoniam declivis est ad vitia et luxuriam.

Et cum videris hominem frequentantem in te visum et cum respicis eum, terretur ex hoc et erubescit et maxime si invitus suspirat et lacrimae apparent in oculis, hic diligit te et timet te; si

1. Scias] De cognitione qualitatum hominis per signa spiritualia quae dicitur phisonomia aristotilis. Scias *B* ergo] *om. B* matrix] mater *M* est] *om. M* *post* embrio *B* 2. embrioni] embrio *LB* ebrionis *M* ferculo] ferculi *M* fercula *B* 4. nimius] *om. B* eius nimius *M* est signum] signum est *M* 5. diminutae] dimitae *L* 6. accidit] accidat *LC* cum hoc] *om. CM* diminutio] *om. M* diminutio hoc *C* temperatura] creatura *CM* 7. similiter] simul *C* sibi *M* et] in *M* 9. et] *om. CM* quoniam] quoniam flavus *M* declivis] declivus *L* declinans *B* 10. vitia et luxuriam] luxuriam et vitia *C* 20. respicis] respexeris *M* terretur] et terretur *LC* teratur *M* 21. erubescit] turbescit *M*. *Post hanc vocem nonnulla exciderunt* invitus] inter *B*

A.

O Alexander, cave ab omni homine imperfectae indolis, ut ab inimicis tuis caves.

4. ut — caves] *om. h*

B.

Cave ab omni homine imperfectae indolis vel qui noxa affectus est, ut ab inimicis tuis caves.

O Alexander, et maxime aequalis quoad indolem convenientem est mediocritas staturae et nigredo capillorum et oculorum horumque profunditas et vultus rotunditas; albedo vero commixta rubedini et fuscus color aequabilis cum integritate indolis et aequalitate staturae et mediocritate capitis in parvitate et magnitudine, raritate verbi, nisi cum necesse fuerit, mediocritas in sonoritate vocis et subtilitate et quae inclinat ad tenuitatem modum non excedentem. Quando etiam natura declinat ad nigredinem et croceitatem, haec [est] maxime aequalis indoles quae tibi placeat ad societatem tuam.

Et ego interpretor tibi res per modum separationis [i. e. separatim], tu autem eas temperabis in rectitudine intellectus tui.

3. Cave — caves] *om. 1*   7. O Alexander] *om. 3*   26. Et — in] *om. 1*

Ph.

vero contrarium fuerit, erit invidus et contempnens te.

Cave et praecave ob omni homine infortunato et diminuto in aliquo membro, sicut cavendum est tibi ab inimico.

Aequior et temperatior creatura est cui convenit mediocritas staturae cum nigredine oculorum et capillorum et cum rotunditate vultus, albedo vero commixta rubedini et fuscus color temperatus cum integritate corporis et rectitudo staturae ac capitis mediocritas in parvitate et magnitudine et raritas verborum, nisi cum necesse fuerit, mediocritas in sonoritate vocis et subtilitate. Quando etiam natura declinat ad nigredinem et croceitatem, etiam tunc est optima temperantia et creatio: haec placeat tibi, hanc habeas tecum.

Et ego interpretor tibi quod-

1. invidus — te] contempnens te et invidus *B*   invidus et contempnet te *M*   3. Cave] *om. B*   omni] *om. LC*   4. infortunato] informato *LC*   5. cavendum est] est cavendum *B*   6. tibi] *om. M*   7. temperatior] temperantior *B*   creatura] natura *C*   8. est] *om. M*   cui] quo *BCM*   mediocritas] mediocritati *CBM* mediocritate *L*   10. capillorum et] *om. M*   12. fuscus] rufus *M*   temperatus] *om. M*   13. rectitudo] rectitudine corporis et rectitudine *M*   14. ac] et *B*   capitis mediocritas] corporis capitis mediocritas *B*   mediocritas capitis *M*   16. raritas] raritatis *M*   18. et] *om. M*   19. nigredinem] negredinem *M*   20. etiam] *om. BM*   21. haec] hoc *M*   22. placeat] placeant *C*   placet *M*

A.

§ 4. Scias capillum durum animositatem et sanitatem cerebri indicare et capillum mollem pusillanimitatem et frigiditatem cerebri et parvam intelligentiam indicare. Multitudo pilorum in humeris et collo stultitiam monstrat, est etiam signum festinationis. Multitudo pilorum in pectore et ventre ferocitatem naturae et parvam prudentiam in iudicio et amorem oppressionis indicat. Rubor capillorum stultitiam atque multitudinem et celeritatem irae, oppressionem quoque significat; niger capillus intelligentiam, patientiam, amorem iusti significat. Et medius inter hos duos aequitatem indicat.

§ 5. O Alexander, indiciis oculorum non errabis, ut iis benevolentiam et iram, amorem et odium cognoscas. Pessimus oculorum est is qui caeruleus est, et pessimus caeruleus, qui ad [instar lapidis] firusadji [amethysti]. Qui magnos et extantes vel prominentes oculos habet, invidus

11. est — festinationis *om. c* 13. ferocitatem naturae] beluinam naturam *h* 14. parvam] malam *c* 15. oppressionis] fallaciae *h* 16. capillorum — atque] *om. c* 18. oppressionem quoque] *om. c* 20. patientiam] animi demissionem *h* 23. O — cognoscas] *post sequens enuntiatum h* 28. pessimus caeruleus] *om. h* ad] ad colorem inclinat lapidis qui dicitur *h* 30. vel prominentes] *om. h*

B.

Capilli molles significant pusillanimitatem *et frigiditatem cerebri et parvam intelligentiam.* Capilli duri animositatem *et sanitatem cerebri* significant. Multitudo vero pilorum in humeris et collo significat stultitiam et calorem. Multitudo pilorum in pectore et ventre designat *ferocitatem naturae et* diminutionem prudentiae in iudicio *et amorem oppressionis.* Rubor capillorum significat stultitiam et multitudinem irae et oppressionem, et niger innuit retentionem et amorem iusti. Medius est inter utrumque.

Qui habet oculos magnos et prominentes, invidus est impudens piger infidus et praecipue si sunt caerulei; cuius vero oculi sunt mediocres declinantes ad profunditatem et ad colorem stibii vel nigredinem, is est vigilans, prudens in iudicio et fidus amicus.

Cuius oculi in longitudinem corporis abeunt, is est deceptor. Cuius oculi sunt similes oculis bestiarum rigiditate et intuitu quodammodo limo, ignarus et

6. parvam intelligentiam] *om. 3* 7. Capilli — significant] *om. 2* 8. Multitudo] *om. 2* 10. collo] oculis *2* 14. amorem] multitudinem *3* 30. fidus amicus] *om. 3* 32. corporis] *om. 1*

Ph.

dam per modum separationis, tu autem temperabis ipsum in rectitudine intellectus.

Capilli autem plani et suaves significant mansuetudinem et frigiditatem cerebri. Multitudo vero capillorum super utroque humero significat fatuitatem et stoliditatem. Multitudo etiam capillorum in pectore et in ventre declarat horribilitatem et singularitatem naturae et diminutionem apprehensionis et amorem iniuriarum. Rufus vero color est signum insipientiae et multae irae et insidiarum, et niger capillus innuit retentionem et amorem iustitiae. Mediocris vero inter hos duos colores est homo diligens pacem.

Qui vero habet oculos magnos,

1. tu] eum *M* 2. temperabis] temptabis *LBC* temptaberis *M* ipsum] eum *B* in rectitudine] per rectitudinem *M* 4. Capilli autem] De capillis. Capilli *B* plani] plurimi *LC* et] *om. LC* 5. mansuetudinem] magnitudinem *B* frigiditatem] firmitatem *BM* 6. vero] etiam *LC* 8. et stoliditatem] *om. M* 9. capillorum] pilorum *B* in — ventre] in ventre et pectore *M* 10. horribilitatem] oribilitatem *M* apprehensionis] apprensionis *M* 14. color] color in capillis *C* est signum] signum est *M* et] ac *M* 15. et] *om. LC* et] *om. M* 16. retentionem] rectitudinem *LCBM* 17. iustitiae] iustiae *M.* Mediocris] Mediocres *LC* 18. hos] istos *B* duos] ·n· *B* est] *om. C* 23. Qui] De oculis. Qui *BC* habet] habent *C*

A.

est, impudens piger infidus, et si caerulei sunt, hoc magis valebit. Et tum necessario malo oculo erit. Cuius autem oculi medii sunt, inclinantes ad profunditatem et colorem stibii aut nigredinem, vigilans [vel circumspectus], prudens in iudicio et fidus amicus est. Si inclinantes ad longitudinem nasi sunt, possessor est deceptor. Cuius oculi similes sunt oculis bestiarum rigiditate quorumque motus parvus est, ignarus et durae naturae est. Cuius oculi cum celeritate et acumine moventur et facilitate, fraudulentus fur, perfidus est. Si oculi rubri sunt, is cuius sunt, animosus valde audax est. Et si circa eos sunt rubrae maculae, eorum possessor pessimus et abiectissimus hominum est.

§ 6. Supercilia quae habent multos pilos multitudinem loquendi indicant, et si supercilia ad tempora extenduntur, eorum possessor superbus gloriosus et sibi placens est. Cuius supercilia rara et aequalia in longitudine et brevitate et nigra sunt, is vigilans et prudens est.

5. inclinantes ad] *om. h*   9. Si — deceptor] *om. c*   13. motus] motus et intuitus *h*   15. oculi] caput et oculi *h*   et acumine] *om. c*   16. facilitate] celeritate *h*   20. eos] oculos *h*   21. abiectissimus] abiectissimus moribus et actionibus *h*   24. multitudinem] neglegentiam et crassitudinem [elationem?] *h*   27. gloriosus — placens] *om. h*   30. et brevitate] *om. c*

B.

durae naturae est. Cuius oculi moventur cum celeritate et acumine visus, est fraudulentus, fur, ex annonae caritate lucrans. Si oculi sunt rubei, ille cuius sunt, animosus, valde audax est. Deteriores autem oculorum sunt caerulei et inter hos qui [colorem] firusadji [habent]. Si circa eos sunt maculae albae aut nigrae aut rubrae, eorum possessor pessimus et abiectissimus hominum est.

Supercilium quod habet multos pilos impeditionem et corruptionem loquendi indicat, et quando extenditur supercilium ad tempora, eius possessor superbus gloriosus est. *Cuius supercilia rara et aequalia in longitudine et brevitate et nigra sunt, is vigilans prudens est.*

10. aut] et *1 2*   nigrae aut] *om. 1*   27. superbus] fidus *1*   nobilis *2*

Ph.

invidus est, inverecundus, piger, inobediens et praecipue si sint lividi. Cuius vero oculi sunt mediocres declinantes ad caelestem colorem vel nigredinem, penetrabilis est intellectus, curialis et fidelis. Qui vero habet oculos extensos cum extensione vultus, talis est malitiosus nequam. Et qui habet oculos similes oculis animalis, insipiens est et durae naturae. Cuius vero oculi moventur velociter et visus est acutus, talis homo est fraudulentus latro infidelis. Si vero oculi fuerint rubei, ille cuius sunt, est animosus fortis et potens. Deteriores vero oculi sunt illi qui habent maculas albas aut nigras vel rubeas circumquaque, quia talis homo deterior est omnibus hominibus et magis reprobandus.

Supercilium quod habet multos pilos significat impeditionem lo-

1. invidus — inobediens] invidi sunt et inverecundi pigri inobedientes *C*   piger] piger et *B*   2. sint — oculi] *om. M*   3. Cuius] cum *B*   sunt] sint *B*   5. penetrabilis est] est penetrabilis *B*   7. Qui vero] et qui *B*   9. nequam] et nequam *B*   qui] cum *C*   10. similes] similis *B* *om. M*   oculis] *om. M*   animalis] asininis *C*   asininos *M*   asinis *L*   asini *B*   11. et] *om. LC*   12. vero] *om. M*   13. homo est] est homo *M*   homo] *om. C*   14. latro] latro et *B*   15. fuerint] sint *B*   17. illi] *om. C*   19. vel] aut *M*   20. est omnibus hominibus] omnibus hominibus est *M*   21. et] *om. M*   23. Supercilium] De superciliis Supercilium *BC*   quod] quid *M*   24. multos pilos] pilos multos *C*   impeditionem] ineptionem *LBC*   ineptitudinem *M*

A.

§ 7. Si **nasus** tenuis est, eius possessor agilis est. Cuius nasus longus est ad os fere protensus, animosus est. Cuius nasus simus est, libidinosus et amans coitum est. Et cuius nasus foramina habet spiritum gravem trahentia, iracundus est. Et si nasus latus est, in medio ad simitatem inclinans, gloriosus et mendax est. Nobilissimus nasorum est qui longus, non nimis longus est et cuius crassitudo mediocris ad extremitatem inclinans: hoc est signum intellectus et prudentiae [in iudicio].

§ 8. Cuius **frons** extensa, in qua nullae rugae sunt, altercationem et studium indicat. Cuius autem frons media in latitudine et tumore et in qua rugae sunt, est fidelis, amicus, gnarus, prudens, vigilans, valde circumspiciens.

---

9. agilis] mollis moribus *h* 12. libidinosus — est] in periculum se conicit *h* 19. longus] paulum longus *h* 24. extensa — autem frons] *om. c* 29. sunt] visibiles sunt *h* 30. vigilans] *om. c* circumspiciens] cogitans et acutus *h*

B.

Si **nasus** tenuis est, eius possessor agilis est. Cuius nasus longus est protensus fere ad os, animosus est. Cuius nasus simus, libidinosus est. Et cuius nasus foramina habet spiritum gravem trahentia, iracundus est. *Et si nasus latus est, in medio ad simitatem inclinans, gloriosus et mendax est. Et nobilissimus nasorum est, qui longus, sed non nimis longus est et cuius crassitudo mediocris ad extremitatem, cuius foramina non multum longa.*

Frons extensa in qua nullae rugae sunt, signum est altercationis et discessionis et stupiditatis et gloriositatis. *Cuius frons media in latitudine et tumore et in qua rugae sunt, est fidelis, amicus, gnarus, prudens, vigilans, valde ingeniosus.*

---

20. ad — longa] *om. 1* 24. Frons — ingeniosus] *om. 1* 28. tumore] pustulis *2* 31. ingeniosus] ingeniosus. Cuius autem frons conspicui tumoris est, taciturnus, sollers in rebus exsequendis et providus est *3*

Ph.

quendi; et quando extenduntur supercilia ad timpora, habens talia est immundus. Cum vero supercilia rara sunt commensurata in longitudine et brevitate et sunt nigra, huiusmodi est facilis impressionis ad intelligendum.

Nasus cum fuerit subtilis, eius dominus est valde iracundus. Et qui habet longum nasum et protensum ad os, est probus et audax. Nasus vero simus est impetuosus. Et qui habet foramina nasi gravis apertionis vel durae, est irascibilis. Et cum fuerit nasus latus in medio declinans ad simitatem, est verbosus et mendax. Et in nasis ille est magis aequalis qui est mediocriter longus, et cuius latitudo est mediocris ad extremitatem et cuius foramina non multum magna.

Facies plana carens tumorositate significat litigiosum, discolum,

---

2. timpora] tempora *LCM* habens talia] talis habens *M* 3. immundus] invidus *M* Cum] quando *B* Cuius *M* vero] autem *B* 5. nigra] magna *LMBC* 6. huiusmodi] hic *M* 8. Nasus] De naso Nasus *BC* Nasus vero *L* 9. Et] *om. M* 11. probus et audax] audax et probus *M* 13. foramina] formam *M* 14. vel] vel *B* est] *om. L* 15. simitatem] summitatem *LMBC* 17. et] *om. LC* Et] *om. M* in nasis] nasus *B* 18. ille — aequalis] est illa magna aequalitas *M* 19. cuius] eius *LC* 20. est] *om. LC* 21. cuius] eius *LMBC* 24. Facies] De facie Facies *BC* plana] plena *L* *om B.* tumorositate] tumositate *M* 25. significat] fatigat *L* discolum] discolum et *L*

A.

§ 9. Cuius os latum est, animosus est. Cuius labia crassa sunt, stultus est. Cuius labia media sunt crassitudine cum rubore iusto, aequalis est. Cuius dentes prominent et cohaerent, fraudulentus est, astutus, infidus. Cuius dentes longi sunt, rari et inter quos spatium sit, intelligens, certus fidus est.

§ 10. Carnosus in facie et cuius maxillae inflatae sunt, ignarus, grossae naturae est. Cuius facies macra et subrubra est, malus, deceptor, fraudulentus est. Cuius facies oblonga est, impudens est.

§ 11. Cuius tempora inflata et venae plenae sunt, iracundus est.

B.

Cuius os latum est, animosus est. Et qui habet labia crassa, stultus est.

Carnosus in facie est impudens ignarus mendax. Cuius facies macra est, circumspectus in operibus, prudens in iudicio est. Et qui habet faciem parvam declinantem ad croceitatem, est abiectus, deceptor, fraudulentus et ebriosus. Cuius facies oblonga est, impudens est.

Cuius tempora inflata et venae plenae sunt, iracundus est.

Ph.

iniuriosum et immundum. Qui vero habet faciem mediocrem in genis et timporibus vergentem ad pinguedinem, est verax, amans, intelligens atque sapiens, servitialis, bene compositus et ingeniosus.

Qui habet os latum, est bellicosus et audax. Et qui habet labia grossa, stultus est.

Et qui est carnosus in facie, est minus sapiens, importunus, mendax. Et qui habet gracilem faciem, est circumspectus in operibus suis, subtilis intellectus. Et qui habet parvam faciem declinantem ad croceitatem, est pessimus, vitiosus, deceptor et ebriosus. Et qui habet oblongam faciem, est iniuriosus.

Et qui habet timpora inflata et venas plenas, est valde iracundus.

---

10. cum rubore iusto] et multum rubra sunt *h* 13. fraudulentus est] verba eius dura sunt *h* 16. certus fidus] fidus cogitans *h* 18. maxillae] oris anguli *c* 19. ignarus] *om. h* 21. fraudulentus] furatur mentem creaturarum *h*

8. crassa] crassa et dentes latos *3* 9. est] est. Qui os angustum habet, pauca loquitur *3* 18. ignarus *om. 1* 19. circumspectus — operibus *om. 1* circumspectus — croceitatem, est] *om. 2* 24. ebriosus] durus *3* *om. 1* 25. impudens] impudens in loquela sua *1* est] est. Optima facierum est, quae pulcra latitudine, aperta venis, non valde extensa neque valde parva in superficiebus (?), tenuibus labiis, bene ordinatis dentibus, non copiosis capillis in genis et superciliis *3* 27. est] est. Qui crassa tempora habet, est ignarus, sed bonae memoriae *1*

1. vero habet] autem *B* 5. atque sapiens] *om. B* 7. Qui] De ore Qui *BC* habet] vero habet *LC* os latum] latum os *LC* est bellicosus et] bellicosus est *M* 8. Et] *om. M* 18. mendax] et mendax *B* 19. gracilem faciem] faciem gracilem *B* 21. subtilis] et subtilis *B* 22. parvam faciem] faciem parvam *M* 24. et] *om. LB* 25. oblongam] obliquam *M* 26. Et] De timporibus Et *B* inflata] plana inflata *M* 27. venas] genas *LMBC* plenas] planas *C*

A.

§ 12. Cuius aures magnae sunt, ignarus est, sed bonae retentionis. Cuius aures parvae sunt, est stultus, fur.

§ 13. Cuius vox grossa [vel sonora] est, animosus est. Cuius loquela aequalis est quoad crassitudinem et tenuitatem atque celeritatem et tarditatem, est intelligens, providus, fidus. Cuius loquela celeris est, eo magis si eius vox tenuis est, impudens, ignarus, mendax est. Si vox eius grossa est, iracundus est et morum malorum. Cuius vox per nares exit, invidus, versutus est. Cuius vox crassa est, signum est stultitiae, parvae intelligentiae, superbiae animae.

§ 14. Qui multum movetur, gloriosus et iactator est et fraudulentus; qui autem gravis [modestus] est in sedendo et cuius loquela est conexa, si loquitur, et qui manus suas movet loquens per intervalla, perfectus est intellectu et pulcher habitu.

2. bonae retentionis] intelligens *h* 6. *haec § post 22 in h extat* 8. aequalis] *om. h* providus] *om. h* 16. per nares exit] turbata est *h* 22. et iactator] *om. h* 25. conexa] perfecta *h* 27. per intervalla] sectionibus notis [i. e. certis, determinatis] *h* 28. pulcher habitu] cogitans mente sua *h*

B.

Cuius aures valde magnae sunt, ignarus est, sed bonae retentionis. *Cuius aures valde parvae sunt, est stultus, fur, luxuriosus, pusillanimus.*

Qui habet vocem sonoram, est animosus. *Cuius loquela aequalis est quoad crassitudinem et tenuitatem atque gravitatem (?) et tarditatem, est intelligens, providus, fidus.* Cuius loquela celeris est, eo magis si eius vox tenuis est, impudens, ignarus, mendax est. Si vox eius grossa est, iracundus est et morum malorum. Cuius vox per nares exit, invidus, versutus est. Cuius vox crassa est, indicat stultitiam, parvam intelligentiam, superbiam animae.

Qui multum movetur et ludit corpore suo, est gloriosus et iactator, mendax. Qui vero gra-

1. Cuius — retentionis] *post* cuius — pusillanimus *1* valde] *om. 1* 2. ignarus — retentionis] pusillanimus. cuius aures longae sunt, est mansuetus *1* 7. animosus] animosus audax magnanimus *3* 9. atque — tarditatem] *om. 1* 11. fidus] fidus bonus moribus et pulcher in consensu [successu ?] *3* 12. tenuis — vox eius] *om. 1* 16. vox] loquela prorsus *3* invidus — crassa est] *om. 2* 18. crassa] depressa (?) *1* 21. Qui suo] Cuius corpus multum o pedibus et ludit manibus suis *3* et] vel *2* 22. gloriosus — mendax] levis [moribus], exigui [intellectus], calvus, fraudulentus, gloriosus *3* 23. mendax] *om. 2*

Ph.

Et qui habet aures magnas valde, est fatuus, sed erit bonae retentionis et memoriae. Et qui habet aures valde parvas, est stolidus, latro, luxuriosus.

Et qui habet grossam vocem et sonoram, est bellicosus et eloquens. Cuius vox est mediocris in subtilitate et grossitie, est sapiens, providus, verax et iustus. Qui vero est velox in verbis et praecipue si habet gracilem vocem, est improbus, stolidus, importunus et mendax. Si vero vox sua fuerit grossa, erit iracundus et praecipitans, malae naturae. Et qui habet dulcem vocem, invidus est et suspitiosus. Pulcritudo etiam vocis indicat stoliditatem, insipientiam et magnanimitatem.

Qui vero movetur frequenter et loquitur motu manuum, est invidus, eloquens et deceptor. Qui vero est abstinens a motu manuum,

1. Et] de auribus Et *B* habet — memoriae. Et qui] *om. M* aures] auriculas *LC* 2. valde, est] est valde *LC* sed] hoc excepto quod *LC* 3. retentionis] retemptionis *L* 6. Et] De voce Et *C* De voce *B* grossam] vocem *B* 7. sonoram] sonorem *C* et] *om. MC* 8. vox] vero vox *M* 10. providus, verax] providus et verax *L* verax providus *B* et] *om. L* 13. stolidus] stolidus et *M* 14. Si vero] cuius vero *M* et si *B* sua] *om. MC* 17. vocem] vocem sonoram *M* invidus est] est invidus *M* et] *om. M* 18. indicat] significat *M* 19. et] *om. C* 1. Qui] De motu corporis Qui *B* frequenter] frequens *M* 22. motu manuum] manuum motu *L* invidus] invidus et *M* immundus *B* 23. et] *om. M* Qui — abstinens] et qui abstinet *B*

A.

§ 15. Cuius collum valde breve est, fraudator, deceptor est. Cuius collum longum, tenue est, clamosus, stolidus, pusillanimus est. Si cum hoc parvitas capitis coniuncta est, stolidus est, sine astutia. Cuius collum crassum est, ignarus et vorax est. Cuius collum in longitudine et crassitudine aequale est, homo intelligens, providus, amicus, certus est.

§ 16. Cuius venter magnus est, stolidus, ignarus, pusillanimus est, et tenuitas ventris et angustia pectoris multitudinem intellectus et pulcritudinem consilii significant.

§ 17. Latitudo humerorum et dorsi significat animositatem cum facilitate intellectus, et curvitas dorsi malignitatem morum et agilitatem (?) indicat. Aequalitas dorsi signum aestimatum est. Eminentia humerorum malignitatem intentionum et nequitiam modi vivendi designat.

7. hoc] longitudine colli *h* 8. stolidus — astutia] fatuum sine salo [cf. Job. 6, 8] *h* crassum] longum et crassum *h* 11. longitudine] longitudine quae non turbata est *h* 13. certus] fidus *h* 24. agilitatem] *om. h* *vox corrupta videtur*

B.

vis, quietus est, perfecti est intellectus, providus, sani consilii.

Cuius collum longum et tenue est, clamosus, stolidus, pusillanimus est. Cuius collum valde breve est, fraudator, deceptor est. Cuius collum crassum est, ignarus, vorax est.

Cuius venter magnus est, stolidus, ignarus, sibi placens, amans coitum est, *et tenuitas ventris et angustia pectoris multitudinem intellectus et pulcritudinem consilii significant.*

Latitudo humerorum et dorsi significat animositatem cum facilitate intellectus, et curvitas dorsi significat malignitatem morum. Tenuitas pectoris et aequalitas dorsi signum aestimatum est. Eminentia humerorum

1. quietus] *om. 2* multum silens *3* perfecti est intellectus] perfectorum est morum *3* 2. consilii] fidei *2* intellectus, non bene loqui potest, imperfectus est in loquela et intellectu *3* 3. longum et tenue] tenue longum *3* 4. clamosus] *om. 3* 5. Cuius — deceptor est] *om. 2* 6. valde] *om. 1* fraudator] ignarus, fraudator *3* 8. vorax] sibi placens *1* est] est, sed optimum eorum medium est, cuius venae prospicuae sunt, qui paulum carnosus in femore *3* 17. angustia] praestantia *1* parvitas latitudinis pectoris *3* 20. et dorsi] *om. 1 3* 23. dorsi] dorsi non nimia *3* 24. pectoris] pectoris et dorsi *2* 26. Eminentia humerorum] humeri *3*

Ph.

est perfectus intellectu, bene dispositus et sani consilii.

Qui vero habet collum gracile et longum, est sonorus, stolidus. Qui vero habet collum breve valde, est callidus, defraudator, astutus et dolosus. Qui vero habet collum grossum, est stolidus et comestor magnus.

Qui vero habet ventrem magnum, est indiscretus, stolidus, superbus, amans coitum. Mediocritas vero ventris et strictura pectoris significat multitudinem intellectus et boni cosilii.

Latitudo vero pectoris et grossities humerorum et tergi significat probitatem et audaciam cum retentione intellectus et sapientiae, subtilitas vero tergi significat hominem discordantis naturae, medio-

1. est] hic est *M* bene dispositus] est bene dispositus *M* bonae dispositionis *L* 2. et] *om. M* sani] boni *B* 3. Qui] De collo Qui *BC* vero] *om. B* 4. stolidus] et stolidus *M* 5. Qui vero] et qui *B* Qui *M* 6. valde] *om. M* calidus] calidus *M* 9. comestor] commestor *B* ymestor *L* 14. Qui] de ventre de pectore Qui *C* De ventre pectoris et dorsi Qui *B* 15. stolidus] stolidus et *M* 16. coitum] cohitum 17. vero] nullo *B* 18. multitudinem] altitudinem *LMBC* 21. humerorum] humerum *M* significat] significant *L* 22. et] *om. MC* 23. cum retentione] et rectitudinem *M* 24. vero] ergo *M* 25. hominem — naturae] discordantis naturae hominem *M*

A.

§ 18. Si brachia tam longa sunt, ut manus ad genu perveniat, significat animositatem et nobilitatem et generositatem animae. Si brachia brevia sunt, possessor eorum amicus mali [rixarum?], pusillanimus est.

§ 19. Palma longa cum digitis longis peritiam artium et sapientiam in rebus gerendis et regimen civitatis demonstrat.

§ 20. Pes carnosus et crassus ignorantiam et amorem iniuriae indicat. Pes parvus et tenuis nequitiam indicat. Tenuitas calcis pusillanimitatem, crassitudo animositatem indicat.

9. nobilitatem et generositatem] honorem et bonitatem *h* 12. amicus mali, pusillanimus] pusillanimus, amicus mali [rixarum] *c* 19. *haec § post 21 in h* 23. et tenuis — crassitudo] *om. h*

B.

malignitatem intentionum et nequitiam modi vivendi designat.

Si brachia tam longa sunt, ut manus ad genu perveniat, significat animositatem et nobilitatem. Si brachia brevia sunt, possessor eorum amicus mali [rixarum?], pusillanimus est.

Palma longa cum digitis longis peritiam artium et sapientiam in rebus gerendis et regimen civitatis demonstrat. *Crassitudo digitorum et eorum brevitas ignorantiam et stoliditatem significat.*

Pes carnosus et crassus ignorantiam et amorem iniuriae indicat, pes parvus et tenuis nequitiam indicat. Tenuitas calcis pusillanimitatem, crassitudo animositatem indicat.

7. genu] humerum *1* 15. in — civitatis] et iudiciorum et operum *1* 16. Crassitudo — significat] cuius digiti breves sunt et palmae, signum est ignorantiae et stultitiae *1* 18. stoliditatem] stoliditatem et brevitatem [paucitatem] imaginationis *2* 21. carnosus et crassus] crassus carnosus latus *3* 23. nequitiam] nequitiam, iracundiam et *1* 24. indicat] indicat. Melius utroque est pulcrum medium et robur, levitas carnis, perfectio unguium et [iustus] ordo digitorum *3* Tenuitas calcis] *om. 1* 25. crassitudo] crassitudo pedum *1*

Ph.

critas vero pectoris et tergi aequalitas signum est optimum et approbatum. Elevatio vero humerorum signum est asperitatis naturae et infidelitatis.

Quando vero brachia protenduntur in tantum, quod manus proveniant ad genua, significat audaciam et probitatem cum largitate. Quando vero decurtantur brachia, signum est amantis discordiam et ignorantis.

Palmae vero longae cum digitis longis significant dominum suum bene dispositum ad multas artes, praecipue ad mechanicas et sapientem in operibus; signum etiam est boni regiminis. Grossities vero digitorum et brevitas significat stoliditatem et insipientiam.

Pedes vero grossi et carnosi significant fatuitatem et amorem

1. vero] *om. B* 2. et] *om. M* 3. Elevatio] De humeris et brachiis Elevatio *B* de humeris Elevatio *C* Elevationes *M* vero] etiam *B* humerorum] humerum *M* 4. signum est] sunt signum *M* 5. naturae — infidelitatis] *om. M* 6. brachia protenduntur] protenduntur brachia *M* 8. proveniant] proveniunt *LB* 9. et] *om. C* 10. vero] vero protenduntur *M* decurtantur] accurtantur *C* 11. signum — ignorantis] significat hominem conantem discordiam et ignorantem *M* 13. Palmae] De palma (palmis *C*) Palmae *BC* 14. longis] *om. M* significant] significat *M* 16. ad] cum *L* in *C* tamen *M* mechanicas] mechanicis *LC* mecanicis *M* mecanicas *B* 18. etiam est] etiam *LC* est etiam *M* Grossities] de digitis Grossities *C* 19. significat] significant *LC* 21. Pedes] de pedibus et tibiis Pedes *B* de pedibus Pedes *C* vero] parvi *B* grossi et carnosi] et leni *B* carnosi et grossi *M*

A.

§ 21. Crassitudo crurum cum tibiis significat debilitatem cognitionis et impudentiam et robur corporis. Multitudo carnis coxarum debilitatem roboris et demissionem animi indicat.

§ 22. Cuius passus lati, tardi sunt, prosperans est in omnibus factis suis, prudens in iis quae res agendas sequentur. Et cuius passus celeres et breves sunt, praeproperus, res non iudicans et mali cordis est.

§ 23. Cuius caro mollis et humida est, mediocris inter tenuitatem et crassitudinem et [qui medius est] inter brevitatem et longitudinem, albus, ad rubedinem et ruborem inclinans, aequabilis aspectus, longus capillus medius inter demissum et planum, rubicundus, magnis oculis ad profunditatem inclinantibus et ad nigredinem, capite aequali quoad magnitudinem, in collo

6. Crassitudo — corporis] *post* Multitudo — indicat *h* 10. et demissionem animi] *om. c* 17. praeproperus] praeproperus in operibus suis *h* res non indicans] non videns quod gignitur *h* 18. et mali cordis] *om. c* 19. Cuius] Statura aequalis est cuius bona natura haec, nimirum *h* 20. humida] bona *h* inter — crassitudinem] *om. h* 26. medius] *om. c* demissum] crispum *h* 27. rubicundus] rubicundus medius *h* 29. nigredinem] nigredinem et kohol *h* 30. quoad magnitudinem] *om. c*

B.

Crassitudo crurum cum tibiis significat debilitatem cognitionis, impudentiam et robur corporis. Multitudo carnis coxarum debilitatem roboris et imbecillitatem significat.

Cuius passus lati, tardi sunt, prosperans est in omnibus rebus et factis suis, prudens in iis quae res agendas sequentur. Et cuius passus breves, celeres sunt, praeproperus, durus, res non iudicans, malae intentionis est.

Vir aequalis iudicii, fortis naturae est, cuius caro mollis, humida est, mediocris inter tenuitatem et crassitudinem et [qui est] inter longitudinem et brevitatem, albus ad rubedinem inclinans, aequabilis aspectus, longus capillus inter demissum et planum,

7. cum tibiis] et tibiarum *ȝ* *om. ɪ* 8. impudentiam] *om. ɪ* 10. debilitatem] *om. ɪ* 16. celeres] *om. ɪ* praeproperus] praeproperus in rebus *ɪ* 17. durus] *om. ɪ* quietus *2* res non indicans] *om. ɪ* 19. Vir — cuius] Quod attinet ad virum, si est aequalis valde naturae id est si est eius *ɪ* Optimus virorum est vir aequalis iudicii fortis naturae cuius *ȝ* 20. mollis] valde mollis *ɪ* 24. rubedinem] rubedinem et [colorem] fuscum *ȝ* inclinans] inclinans nitens fuscus *ȝ* 26. aspectus — planum] aspectus, longa simulque tenuia habens supercilia, pulcher capillus inter demissum, mollem et planum *ȝ*

Ph.

iniuriae; pedes vero parvi et leves significant duritiem. Et subtilitas tibiarum significat ignorantiam et earum grossities significat audaciam et fortitudinem.

Latitudo vero tibiarum et talorum significat fortitudinem corporis. Multitudo vero carnis in genibus significat debilitatem virtutis et mollitiem.

Cuius passus sunt lati et tardi, prosperabitur in omnibus operibus suis et factis. Et cuius passus sunt breves, est impetuosus, suspiciosus, impotens in operibus, malae voluntatis.

Ille vero homo est optimae memoriae et bene compositus in natura, qui habet carnes molles, humidas, mediocres inter asperitatem et levitatem, non nimis longus nec nimis brevis, albus decli-

1. vero] *om. B* leves] lenes *B* 2. duritiem] duritiam *L* Et] de tybiis Et *C* *om. BM* 3. significat] significat significat *B* ignorantiam] ignorantem *LBC* et] tibi *M* 4. earum grossities] grossities earum *M* significat] *om. B* 6. Latitudo — corporis] *bis M* vero] *om. B* 7. talorum] calor *prius M* 8. Multitudo] de carne Multitudo *C* vero] *om. B* 14. Et] *om. B* 15. operibus] omnibus *M* malae] est malae *M* mihi *B* 19. Ille vero] De aequalitate hominis Ille *B* homo est] est homo *M* optimae] bone et optime *B* 20. et] *om. LM* 23. levitatem] lenitatem *LMC* 24. nec] neque *M* albus] atque *LC* albus et *M*

A.

aequalitas, humeris tenuibus, carens carne in crure et coxis, cuius vox clara cum aequalitate crassitudinis et tenuitatis, palma protensa, cuius digiti longi sunt, paulum ad tenuitatem inclinantes, cuius loquela pauca est, nisi ubi necesse fuerit, qui non multum ridet nisi ubi necesse fuerit, qui non expetit cibum (?) et coitum, nisi quatenus robur habet, et quasi misceretur in aspectu suo gaudium et laetitia: haec est maxime aequalis naturarum hominum et hic est is, quo te uti socio grato animo ferrem. Itaque stude quaerere eum qui huius qualitatis est, et recta via incedes.

§ 24. Iam nosti principem egere hominibus magis quam hi eo. Itaque intellige haec signa quae tibi commemoravi et perpende ea clara tua ratione et sufficiente tua speculatione, et magnam inde utilitatem capies deo volente.

1. humeris tenuibus] *om. c* 3. vox] forma *c* clara] clara et levis *c* 5. protensa] lēvis *h* 6. paulum] *om. h* 7. nisi — fuerit] *om. h* 8. qui—fuerit] *om. c* 11. habet] habet, et cuius natura inclinat ad melancholiam et ad choleram et ad rubram *h* 13. laetitia] laetitia sine malignitate cordis [invidia] propter id quod est tibi, et non principem se facit tuum, nisi in eo cuius ei non est potestas *h* 14. hominum] quas deus creavit *h* 15. quo — ferrem] quem tibi eligo *h* 18. recta — incedes] prosperaberis per eum *h* 24. clara] perfecta *h*

B.

rubicundus capillus, magnis oculis ad profunditatem inclinantibus, capite aequali quoad magnitudinem, in collo aequalitas, humeri declinantes (?), carens carne in crure et coxis cuius, vox clara, cum aequalitate crassitudinis et tenuitatis, palma protensa, longi digiti paulum ad tenuitatem inclinantes, paucus risus et iocus et fictio, sicuti misceret aspectus eius laetitiam et hilaritatem.

Verumptamen, o Alexander, oportet te non praecipitare sententiam in uno signorum, sed collige testimonia tua omnia, et cum tibi occurrunt testimonia contraria, declina ad potius et

1. capillus] *om. 1* magnis] mediis *3* 3. quoad magnitudinem] *om. 3* 4. in collo aequalitas] *om. 1* humeri declinantes (?)] et aequalis est quoad humeros *1* declinans *2* declinans ambo simul *3* 8. tenuitatis] colli *2* 11. sicuti] sicuti potissimum *1* 12. hilaritatem] *om. 1* hilaritatem, si ambulat, circumvertit se longum [lente?], paucae loquelae in eo, cuius curam non habet, relinquens impatientiam non aggreditur rem quae concupitur *3* 20. Verumptamen] Et si assecutus es, o Alexander, eum cuius qualitas haec est, et eum tibi vindicasti, fac eum praefectum rerum custodiae tuae et negotii tui *3* 23. colligo] *om. 1*

Ph.

nans ad rubedinem, mitis aspectus, capilli plani mediocres, magnorum oculorum declinantium ad profunditatem, mediocris et mensurati capitis in magnitudine, colli aequalis, bene dispositi, cuius humeri parum declinant, carens carnositate in cruribus et genibus, clarae vocis cum temperantia in subtilitate et grossitie, longarum palmarum, longorum digitorum declinantium ad subtilitatem, modici risus et derisionis et fictionis, cuius aspectus quasi commixtus est laetitiae et iocunditati.

Verumptamen non oportet te praecipitare sententiam et iudicium tuum in uno istorum signorum, sed collige testimonia universorum, et cum tibi dant diversa signa et

1. rubedinem] rubiditatem *M* aspectus] adspectus *L* 3. oculorum] oculorum et *L* profunditatem] rotunditatem *LMBC* *correxit Taubius* 4. et] etiam *B* 5. in] *om. LBC* 7. parum] *om. LC* carens] carentis *M* carentes *B* carnositate in] carnositatis *M* et] et in *M* 9. subtilitate] sublimitate *LC* 10. longorum] et longorum *B* 12. et derisionis] modicae derisionis *M* 13. fictionis] *om. LC* modicae fictionis *M* aspectus] adspectus *LCM* 14. quasi — est] est quasi commixtus *M* quasi] q. *C* laetitiae] letio *B* 15. iocunditati] iocunditate *C* ioconditati *M* 20. Verumptamen] Verumtamen *M* non — te] oportet te non *M* 22. istorum signorum] signorum istorum *LC*

A.

B.

1 praeponderans, succedet tibi in iudiciis tuis, si deus excelsus voluerit.

1. succedet tibi] prosperaberis *3* 2. iudiciis] rebus *2*.

Ph.

adversa, declina semper ad meliorem et probabiliorem partem. 1

2. et probabiliorem] *om. M* partem] partem. Completus est tractatus de signis et moribus naturalibus hominum ad regem magnificum Alexandrum, qui dominatus fuit toti orbi dictusque monarcha in septentrione. Explicit liber aristotilis de secretis secretorum *L* partem. Explicit tractatus qui dicitur secretum secretorum, quem misit Aristoteles ad regem magnificum Alexandrum *B*.

Hac ratione quam male Philippi interpretatio formam genuinam operis arabici reddiderit cognovimus, simul autem facultatem nacti sumus idoneam investigandi, unde Arabs in hoc capite hauserit.

Ac primo quidem obtutu apparet ei certam quandam affinitatem cum Pseudo-Aristotelis et Polemonis placitis intercedere. Cavendum tamen est ne cum haec ipsa ante oculos habuisse praepropere credas. Etiam artius enim necessitudinis vinculum inter Arabis et R a z i s in libro ad Mansorem de medicina II cap. 26 sq. placita physiognomonica extat imprimisque ordo quo uterque ea profert fere idem est. Atque Razem e Secreto hausisse[1]) fuit opinio olim Baptistae Portae de physiogn. hum. ed. Rothomag. 1650 p. 175, nuper Rosii (Anecd. I, 175), quae etiam inde commendationem accipit, quod Razem in alio opere quod inscribitur el-Hawi (Continens), Ioannis ibn el-Bitriq, interpretis opusculi nostri, mentionem fecisse a Steinschneidero (Archiv f. patholog. Anatomie LII, 367 et 468) observatum est. Nihilominus haec opinio improbanda est propter unam sed validissimam causam. Multa enim sunt, quae apud Razem cum Pseudo-Aristotelis et Polemonis physiognomonia concinant, in Secreto aut desint aut discrepent. Ex eodem igitur quo Razem fonte Secretum hausisse, multa vero mutasse et omisisse dicamus necesse est. Ad hunc autem fontem, quem y littera insignire liceat, detegendum plurimum facit physiognomonia illa P s e u d o - P o l e m o n i s G o t h a n a (=G), quam in dissertatione de Polemonis physiognomon. p. 3 in lucem protraxi. Haec enim ex eodem quo y fonte fluxit, quem iam x littera insigniam. Primum enim aeque atque Razes (=R) multa x fontis capita, ut de r i s u c. 9 = R c. 37, de c a r n e c. 13 = R c. 36, de e m p t i o n e s e r v o r u m c. 20 = R c. 25, de t e m p e r a m e n t i s c. 21 = R c. 16, de s p e c i e b u s f o r t i s e t t i m i d i c. 24 et 25 = R c. 47 et 48,[2]) retinuit, quae Secretum (=S) omisit; deinde aeque atque Razes caret et mutationibus et additamentis in S conspicuis, quae ut facilius dispiciantur, supra in textu litteris cursivis imprimenda curavi, hoc autem loco repetere supervacaneum esse duxi; denique vestigia x fontis in multis etiam accuratius pressit quam y. Praebet enim multa quae in R et S vel omissa vel mutata sunt. Prioris generis sunt loci de animalium similitudinibus c. 5

[1]) De hac re dubitavit, sed uter alterum compilaverit, in ambiguo reliquit Taubius, tract. script. graec. phys. praep. p. 37, 38, 42.

[2]) Quibus addendae sunt singulae aliorum capitum sententiae, ut ultima in R c. 26 (= G c. 4), c. 29 (= G c. 2), 31 (= G c. 1), prima et septima in c. 33 (= G c. 8).

fol. 24v: *optimi*[1]) *oculi sunt nigri ad caeruleos inclinantes, et scias leonem, regem ferarum, et aquilam, regem avium rapacium, oculos nigros ad caeruleos inclinantes habere* coll. Ar. phys. 812b5 *οἱ δὲ μὴ γλαυκοὶ ἀλλὰ χαροποὶ* (sc. *ὀφθαλμοὶ) εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ λέοντα καὶ ἀετόν*; c. 6 fol. 25v: *Cuius nasus curvus est, eius animus est generosus, ut aquilae; cuius nasus depressus, frontem versus autem rotundus est, salax est, ut gallus* coll. Ar. 811a36 *οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες καὶ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς· οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἔγκοιλον ἔχοντες τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περιφερῆ* (corr. *πρὸς τὸ μέτωπον καταφερῆ), τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκυῖαν, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας*; c. 7 ib. *cuius labia tenuia sunt et ubi conveniunt, laxe dependent, ut aliqua pars labii superioris in inferius cadat, eius animus generosus est, ut leonis; cuius labium crassum est et superius supra inferius pendet, stultus est, ut asinus vel simia* coll. Ar. 811a18 *οἷς τὰ χείλη λεπτὰ καὶ ἐπ' ἄκραις ταῖς συγχειλίαις χαλαρά, ὡς ἐπὶ* (corr. *ὥς τι) τοῦ ἄνω χείλους πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι τὸ πρὸς τὰς συγχειλίας, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. — οἱ δὲ τὰ χείλη ἔχοντες παχέα καὶ τὸ ἄνω τοῦ κάτω προκρεμώμενον μωροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους τε καὶ πιθήκους*; c. 14 fol. 27 *cuius dorsum aequali magnitudine est, fortis animi est; cuius dorsum angustum et debile est, animi debilis est. Cuius latera plena sunt, ac si inflata essent, eius loquela multa et parum subtilis est. In quo loca inde ab umbilico usque ad marginem pectoris maiora sunt locis inde a pectore ad collum iacentibus, vorax est, pauci sensus, quia repletio ventris intellectum tollit et quassatio patinarum magna est. Cuius spiritus fortis est, robustus est. Qui articulos debiles habet et carne caret, parvi animi est* coll. Ar. 810b9 *ὅσοις τὸ νῶτον εὐμέγεθές τε καὶ ἐρρωμένον, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. ὅσοι δὲ τὸ νῶτον στενὸν καὶ ἀσθενὲς ἔχουσι, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. οἱ εὔπλευροι εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. οἱ δὲ ἄπλευροι μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. ὅσοι δὲ ἐκ τῶν πλευρῶν περίογκοί εἰσιν, οἷον πεφυσημένοι, λάλοι καὶ μωρολόγοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς [βοῦς ἢ ἐπὶ τοὺς] βατράχους. ὅσοι δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ πρὸς τὸ ἀκροστήθιον μεῖζον ἔχουσιν ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀκροστηθίου πρὸς τὸν τράχηλον, βοροὶ καὶ ἀναίσθητοι, βοροὶ μὲν ὅτι τὸ τεῦχος μέγα ἔχουσιν ᾧ δέχονται τὴν τροφήν, ἀναίσθητοι δὲ ὅτι στενώτερον τὸν τόπον ἔχουσιν* <*ἐν ᾧ εἰσιν*> *αἱ αἰσθήσεις συνηνωμένον (συνεστεμμένον ?) τε τῷ τὴν τροφὴν δεχομένῳ, ὥστε τὰς αἰσθήσεις βεβαρύνθαι διὰ τὰς τῶν σιτίων πληρώσεις* <*μᾶλλον*> *ἢ ἐνδείας*; c. 19 fol. 29r *Qui pedis digitos deorsum curvos et eiusdem modi ungues habet, protervus est. Cui duo pedis digiti cohaerent, timidus est* coll. Ar. 810a20 *οἷς τῶν ποδῶν οἱ δάκτυλοι καμπύλοι, ἀναιδεῖς, καὶ ὅσοις ὄνυχες καμπύλαι·* (corr. *καμπύλοι) ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς γαμψώνυχας. οἷς τῶν ποδῶν τὰ δάκτυλα συμπεφραγμένα ἐστί, δειμαλέοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνιθας τοὺς στενόποδας τῶν λιμναίων*; ib. *qui paucam carnem in natibus habet, ac si detrivisset, eius mores mali sunt. Cuius natium ossa acuta sunt, fortissimus est* coll. Ar. 810b1 *ὅσοι δὲ πῦγα ὀξεῖαν ὀστώδη ἔχουσιν, εὔρωστοι, ὅσοι δὲ σαρκώδη πίονα ἔχουσι, μαλακοί· ὅσοι δὲ ἔχουσιν ὀλίγην σάρκα, οἷον ἀπωμοργμένα (ἀπομεμαγμένην?), κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς πιθήκους.* Alterius generis sunt:

Ps. Pol. Goth. c. 19 fol. 29	R c. 45	S § 20	Ar. 810a17
Cuius pes parvus et tenuis neque robustus est, eius animus debilis est.	Pedes parvi et pulchri hominem fornicatorem et io-	Pes parvus et tenuis nequitiam indicat.	*ὅσοι δὲ τοὺς πόδας μικροὺς στενοὺς ἀνάρθρους ἔχουσιν ἡδίους τε ἰδεῖν ἢ ῥωμαλεωτέρους, μαλα-*

[1]) Latine praebeo quae Georgius Hoffmannus meus ex arabica lingua in nostram vertit.

Ps. Pol. Goth.

R

cundum innuunt.

S

Ar. 810 a 17

κοὶ τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ γένος.

c. 11 fol. 26 v

Cuius collum crassum est, fortis et violentus est; cuius collum gracile est, non multum animi habet.

Cuius collum crassum et plenum est, iracundus est. Cuius collum aequali magnitudine est nec nimis magnum nec nimis crassum, eius animus generosus est. Cuius collum perquam breve est, tam dolosus est quam lupus. Cuius collum gracile et longum est, timidus est, ut cervus.

c. 39

Qui collum habet curtum, calidus est et ingeniosus. Cuius collum est longum et gracile, stolidus est et garrulus atque timidus. Qui crassum habet collum, durum ac forte, iracundus est et festinus.

§ 15 B

Cuius collum longum et tenue est, clamosus, stolidus, pusillanimus est. Cuius collum valde breve est, fraudator, deceptor est. Cuius collum crassum est, ignarus, vorax est.

811 a 10

ὅσοι τὸν τράχηλον παχὺν ἔχουσιν, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν· ὅσοι δὲ λεπτόν, ἀσθενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. οἷς τράχηλος παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς [θυμοειδεῖς] ταύρους. οἷς δὲ εὐμεγέθης μὴ ἄγαν παχύς, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. οἷς λεπτὸς μακρός, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. οἷς δὲ βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λύκους.

Sed etiam sunt, quae G omiserit, R et S servaverint: e quibus hoc loco protulisse satis habeo epilogum

R c. 58

Oportet ut cum iudicare volueris, non unam tantum attendas intentionem, sed in quantum vales ad ipsarum intendas aggregationem. Et si quando significationum acciderit contrarietas, ipsarum virtutes et testimonia metiaris. Deinde ad fortiores ipsarum declina et earum iudica testimonio et similiter quae plures sunt. Praeterea scire debes, quod faciei significatio et praecipue oculorum omnibus aliis significationibus in fortitudine et firmitudine praeiudicat.

S § 24 B

Verumptamen, o Alexander, oportet te non praecipitare sententiam in uno signorum, sed collige testimonia tua omnia, et cum tibi occurrunt testimonia contraria, declina ad potius et praeponderans, succedit tibi in iudiciis tuis, si deus excelsus voluerit.

Ar. 806 b 37


ὅλως δὲ τὸ ἑνὶ μὲν πιστεύειν τῶν σημείων εὔηθες, ὅταν δὲ πλείω συμφωνοῦντα καθ' ἑνὸς λάβῃ, μᾶλλον ἤδη κατὰ τὸ εἰκὸς ἄν τις ὑπολαμβάνοι ἀληθῆ εἶναι τὰ σημεῖα.

814 b 1

ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ ἕτερα ἑτέρων σημεῖα μᾶλλον δηλοῦσιν ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον· ἐναργέστερα δὲ τὰ ἐν ἐπικαιροτάτοις τόποις ἐγγινόμενα. ἐπικαιρότατος δὲ τόπος ὁ περὶ τὰ ὄμματά τε καὶ τὸ μέτωπον καὶ κεφαλὴν καὶ πρόσωπον κτλ.

et hunc locum:	R c. 33	S § 11	Ar. 812 a 28
	Qui tempora habet inflata et venas arteriatas crassas, irascibilis est.	Cuius tempora inflata et venae plenae sunt, iracundus est.	*οἷς τὰ (δὲ?) περὶ τὸν τράχηλον καὶ τοὺς κροτάφους αἱ φλέβες κατατεταμέναι εἰσί, δυσόργητοι.*

Rationem igitur qua G et R et S e x fluxerunt hoc tibi schema illustrabit:



Vel auctorem x fontis Arabem fuisse contendere non audeo, etsi capita de servis emendis (R 25 = G 20) et de temperamentis (R 16—23 = G 21—22) suadere posse videntur. E graeco autem fonte id est breviario physiognomoniae ex Ps.-Aristotele et Polemone concinnato eum hausisse pro explorato habeo.

Quae cum dico, a Rosio (de Arist. libr. ord. p. 184. Ar. Pseud. 583) S e graeco exemplo auctoris Christiani saeculi VI vel VII redditum esse statuente dissentio. Auctorem Secreti cognitione religionis Christianae imbutum fuisse infitiari nolo, etsi Rosius longius progressus est, cum eum Christianum esse ipso invito quamvis fere paginam docere dixit. Neque etiam graecos fontes adhibitos esse nego, sed a graeca ipsius operis origine [1]) tota eius indoles imprimisque illud abhorrere mihi videtur, quod de Graecis ut de alienigenis loqui solet, (ut fol. XIII *scire tamen debes quod gloriosus deus inter ceteros prophetas magis grecos illuminavit ad scientias acquirendas et rerum naturalium genera cognoscenda: unde secundum ipsos proposuimus procedere in hoc libro domino concedente*; fol. XIX *rex potens congregavit medicos meliores indorum, grecorum et medorum — Sanages [2]) grecus indicavit et dixit quod sumere quolibet mane aquam pleno ore bis facit hominem sanum et non indigebit alia medicina. Medus vero affirmavit, quod ieiuno stomacho prodest multum sumere de granis milii. Ego vero dico qui tantum dormiat* etc; fol. IV *invenitur etiam in antiquis codicibus graecorum, quod deus excelsus suum angelum destinavit ad eum*; fol. XXII b *in libro quem feci de medicinis compositis — secundum ordinem et artem grecorum italicorum indorum et persarum*; ib. *magnus hermogenes quem greci multum commendant et laudant*; fol. XI b *Quid sublimavit regnum grecorum? — quod supra modum scientias dilexerunt)*. Atque ut ne vestigium quidem graeci exemplaris Secreti usquam apparuit, [3]) ita Arabem eius auctorem fuisse ut statuam multa mihi suadere videntur, e quibus copiae nominum arabicorum sive lapidum sive animalium (fol. XXVII b XXVIII b XXIX) non tantum tribuo

[1]) Haec etiam Kauslero (Denkmaeler der altniederländ. Spr. III, 292), Knustio (Jahrbuch für rom. und engl. Lit. X, 279), Steinschneidero (ib. XII, 367) placuit.

[2]) Cf. Aug. Muellerum, Zeitschr. d. deutsch. morgenl. Ges. XXXIV, 544.

[3]) Testimonium, ad quod Knustius (Jahrb. X, 160) provocat, Godofredi de Waterfordia nihil probat. Is enim tantum versione latina Secreti usus est quaeque in physiognomonia plura quam haec praebet e latina interpretatione physiognomonicorum Pseudo-Aristotelis sumpsit. (Cf. Histoire littéraire de la France t. XXI p. 224 et Gidel, Annuaire de l'association

quantum confusioni Socratis et Hippocratis. Quod enim quae in omnibus graecis latinisque fontibus [1] de Socrate et Zopyro est narratiuncula in S capite de physiognomia § 1 in Hippocratem translata est, id nisi ex horum nominum in scriptura arabica maximo consensu vix explicari potest. Ne autem hanc confusionem tantum interpreti arabico vitio vertas, etiam Zopyri persona a Philemone loco mota monet. Philemon enim Arabibus paene physiognomon *κατ' ἐξοχήν* est. Neque alia res est, si in fonte adhibito iam Zopyri nomen defuisse eiusque loco, ut apud Cassianum collat. 13, 5, quendam physiognomonem fuisse statuis. Et quis, quaeso, graecus auctor Philemonem i. e. Polemonem eidem aetati atque Hippocratem tribuisset!

At interpres, Ioannes filius Bitricii (ibn el-Bitriq), ipse se de graeca lingua vertisse in prologo testatur. Audio, sed id pro ficto habeo, ut reliqua fere quae sunt de interpretis persona in prologo, quem, ut in B recensione extat, [2] opera gratiosissima Pertschii conversum e codicibus Gothanis 1870 (= 1) et 1869 (= 3) — nam in codice 1871 (= 2) initium et exodium operis desunt — conversum simul cum Philippi interpretatione infra in appendice I latine praebebo.

Nolo magni facere, quod Ibn Abi Uscibia († 1270) (I, 205 ed. Aug. Mueller) Ioannem ibn el-Bitriq omnino non veterem, sed tantum recentiorem graecam vel romanam linguam calluisse dicit. Nam hoc inde fluxisse potest, quod Fihristo teste (I, 246, 15 et 250, 28) Ioannis ibn el-Bitriq interpretatio nonnullorum librorum graecorum, ut Timaei, Aristotelis de caelo et de mundo, parum satisfacere et emendatione egere Honeinio ibn Ishâq visa est.

Sed cum toti de ratione operis quaerendi et inveniendi narrationi fidem habere non possim, tum omnium maxime incredibile videtur, quod auctor exemplum inventum non continuo in arabicam, sed prius in neograecam vel romanam vel chaldaeam linguam se vertisse dicit [3]. Nam codicem Sprengerianum (c) praebentem tantum ‚*e graeca in arabicam linguam*' etiam hic a genuina forma recessisse vel inde sequitur, quod hebraica versio (h), quae eiusdem recensionis est, idem quod B3 ‚*e graeca in rumi, e rumi in arabicam*' praebet [4]. At ut falsarii haud raro interpretum personam induerunt —

pour l'encouragement des études grecques VIII p. 307). Quod *savoir*, inquit, *devez ke les Arabiiens trop ont de paroles en corte veritei et les Grigois ont oscure maniere de parler et il me convient de l'un et de l'autre langage translater et por chou le trop de l'un escourcirai et l'oscurtei de l'autre esclarcirai selonc ce ke la matire puet soffrir*, id non exemplorum quae ante oculos habuit sed auctorum ipsorum linguam respicit. Immo vero se de latino vertisse ipso testatur verbis quae antecedunt: *et pour ce moi priastes, que cel livre, ki fu translatei de Grieu en Arabic et derechief de Arabic en Latin, vos translataisse de Latin en Franchois. Ce je a vous prieres al translater al mise ma cure.*

[1]) Cic. de fato 5, 10; Tusc. IV, 37, 80; Ps.-Plut. περὶ ἀσκήσεως (Mus. Rhen. 27, 527); Alex. Aphrod. de fato 6; Euseb. praep. ev. VI, 9, 22; Schol. ad Pers. 4, 24. Ioann. Cassian. coll. 13, 5. Cf. Physiognomik der Griechen p. 12. Testibus arabicis Polemonem laudantibus quos de Polem. phys. p. 2 sq. congessi addendi sunt Iaqubius (c. 875), qui in chronico haec praebet: Zu ihnen (den Philosophen) gehört Polemon, der Meister der Physiognomik und (Verfasser) einer Schrift, worin er zeigt, was die Physiognomie für den Charakter, die Eigenschaften und die Vorzüge bedeutet und hierfür den Nachweis liefert (Klamroth, Zeitschrift der deutschen morgenl. Ges. XLI, 419), et auctor Fihristi I, 314 et auctor commentarii ad Apocalypsin codice arabico Par. 23 (ant.) servati (cf. Lagarde, ad Anal. syr. appendix praef. p. I), qui fol. 65b verba a Zotenbergio comiter exscripta et ab Hoffmanno translata haec praebet: *ex hoc scientiam physiognomoniae derivaverunt et peritissimi eius Fîlîmûn et Aristu vel alii fuerunt.*

[2]) A recensionem Ioannes Hispaniensis sequitur, cuius prologum item infra in appendice III publici iuris faciam.

[3]) *Chaldaeam linguam* Philippi interpretatio praebet. *E graeca et syriaca in arabicam*, quod codex Gothanus 1 exhibet coniectura viri docti contineri videtur. Ceterum cf. Steinschneiderum (Archiv f. pathol. Anat. LII, 367) et Fluegelium (die arab. Handschriften der Wiener Bibl. III, 258).

[4]) Idem, ut Steinschneider mecum communicavit, praebet versio hebraica historiae de proeliis Alexandri gallice a. J. Levio reddita in Revue des études juives III, 241.

satis erit in memoriam revocasse Graecum Philonem Byblium interpretem historiae Phoeniciae Sanchoniathonis, Arabem Ibn Wahschîjam operis de rustica Qûthâmii, de venenis Jârbûqae aliorumque, Italum Franciscum Zambicarium epistularum Libanii — ita duplex interpretatio singulare fictionis indicium est. Omitto quod L. Septimius ephemerida belli Troiani a Dictye Cretensi punica lingua compositam, postquam Neronis iussu in linguam graecam conversa sit, se ipsum ex hac latinam fecisse finxit, et litterarum orientalium cancellis me contineo. A vero abhorret species quam prae se ferunt tituli versionum psalmorum ex hebraicis factarum in codice Musei Britannici 169: *Davidis psalmi translati e lingua palaestinensi in hebraicam et ex hebraica in graecam et e graeca in syriacam* et in codice Ambrosiano: *Davidis psalmi e lingua palaestinensi, ex hebraica in graecam et e graeca in syriacam translati sunt*[1]). Simulatum est, quod qui inscribitur liber Schânâqi de venenis ex indica in persicam atque ex hac ab el-Abbâs ibn Saʿîd el-Gauharî, liberto Mamunis chalifae, in arabicam linguam translatus esse dicitur[2]). Maximam autem cum nostro similitudinem praebet opus de elixiriis et amuletis quod inscriptum est thesaurus Alexandri. Hoc enim fingitur iussu Al-Muʿtasim chalifae (833—842) *de graeca et romana lingua* conversum, postquam 360 aureis foliis comprehensum a Muhammed ibn Châlid in ecclesia Amoriensi detectum sit. Ibi enim in arca aurea ab Antiocho reconditum esse post mortem Alexandri, cui prologo et epilogo additis ab Aristotele dedicatum sit. Huic enim Balinam (Apollonium Tyaneum) a se repertum tradidisse. Auctorem ipsum Hermetem esse[3]).

Illud unum quaeri posse mihi videtur, utrum Ioannes ibn el-Bitriq ipse se pro interprete operis haberi voluerit an alius huius personam induerit. Atque etiamsi credere possem Ioannem ibn el-Bitriq, quem fere tantum interpretandis graecis scriptoribus operam suam impendisse scimus[4]), tale opus omnigenae et e diversissimis fontibus corrasae doctrinae plenum fingere potuisse eoque Mamunem chalifam, cuius libertus et officialis erat, decipere voluisse, tamen vix intellegerem, quo pacto ille opinari potuerit suam de opere Aristotelis quaesito, invento, translato narrationem apud illum fidem nacturam esse. Contra nihil offensionis habet, si Aristotelem auctorem et Ioannem ibn el-Bitriq interpretem eodem viri docti mendacio contineri statuimus[5]) similiter atque in Schânâqii de venenis libro non solum nomen auctoris indici, sed etiam interpretis arabici fictum esse Aug. Mueller l. l. evicit et auctor cosmographiae Aethici non solum nomen auctoris graeci finxit, sed etiam Hieronymi interpretis personam induit. Neque causa huius rei obscura est. Nempe etiam maiorem auctoritatem et securitatem operi suo affore speravit, si id non solum Aristotelis et Alexandri, sed etiam Ioannis ibn el-Bitriq, qui optimi interpretis laude fruebatur, et Mamunis chalifae litterarum imprimisque philosophiae Graecorum amantissimi nomina in fronte gereret. Ut autem graece opus ipsum compositum esse comminisci debuit, si Aristotelem eius auctorem fuisse aliis persuadere volebat, ita huius nominis praetexendi ansam inde cepit, quod cum epistula vel oratione

---

1) De his titulis qui me amico monuit Fridericus Baethgen cum Noeldekio consentiens docte egit in Jahrbb. f. prot. Theol. 1882, 437 sq.

2) Cf. Aug. Mueller, Zeitschrift d. deutsch. morgenl. Ges. XXXIV, 478 sq. 503 et 542 sq.

3) Cf. Loth, Catal. of the Arabic Mss. in the library of the India Office p. 130 n. 473.

4) Vide testimonia Fihristi I, 244, 3; 246, 15; 250, 28; 251, 16 et 21; 291, 1; 293, 16; et Gregor. Abul-Pharag. hist. dyn. II p. 163 ed. Poc. et cf. Wuestenfeld, Gesch. der arab. Aerzte p. 18; Wenrich, de auctor. graec. vers. p. 102; Steinschneider (Archiv f. pathol. Anat. LII 364 sq.); Aug. Mueller, Zeitschr. d. deutschen morgenl. Ges. XXXIV 543.

5) Eadem, nisi fallor, est opinio Wuestenfeldii (Abh. der Goetting. Ges. d. Wissensch. XXII, 81) et de Goejii (Catal. codd. or. Lugd. IV, 205).

περὶ βασιλείας i. e. ὅπως δεῖ βασιλεύειν [1]) praecepisse Alexandro et ipsi et aliis viris doctis arabicis e Ptolemaei indice operum Aristotelicorum (7) cognitum erat [2]). Eiusmodi epistulam arabice redditam circa annum 980 legit auctor Fihristi I, 247, cuius verba Hoffmanno interprete haec sunt: *Aristoteles ad Alexandrum multas epistulas et litteras de arte regendi aliisque rebus dedit. Inter has est epistula de arte regendi, cuius initium est: Admirationi rerum a te praeclare gestarum detrahit, quod continenter sibi succedunt, ut veteris historiae, quae in consuetudinem venit, similes fiant, non ut res nova, quam mirantur, neque, ut aiunt, eum qui te laudat mendacii coarguis. — In eadem epistula haec leguntur: tum demum cum necessitatibus homines in tristitiam coacti sunt, ad id in quo eorum salus est, adducuntur; ubi deinde ad securitatem venerunt, ad male faciendum (ad libidinem?) inclinant et frena cautionis remittunt. Lege igitur homines tum maxime egent, cum rebus tutis et tranquillis utuntur.* Nam haec, si summam rerum respicimus, fere concinunt [3]) cum epistula ‚Aristotelis ad Alexandrum de regimine', quae arabice in codice Vaticano 408 extat, quem iam supra p. 1 n. 3 laudavi. Quod pro certo proferendi facultatem mihi dedit singularis Eduardi Sachau liberalitas, qui versionem epistulae ex hoc codice ab ipso abhinc aliquot annis factam utendam mihi misit. Haec enim incipit: *Admiratio meritorum tuorum continua serie ipsorum abrogata est, qua facta sunt ut aliqua res vetus, de qua gaudent, non ut aliquid novi, quod mirantur. Non sine gaudio de eo quod tibi evenit sumus, cum felicitatem sortis tuae in rationem induceremus, et sis, ut homines aiunt: qui te laudat, non mentitur,* et deinde legitur: *homines, si res adversae eos deterunt, prudentes et attenti fiunt ad bonum quod ipsis in illis est. Nam si terrores iis superveniunt, in eo versantur, quod illos ab ipsis arcet; sin autem ad securitatem veniunt, ad cupiditatem et ad malitiam inclinant et frena cautionis deponunt ..... Maxime igitur homines legibus egent, si ad tranquillitatem et quietem veniunt.*

Nomen falsarii vix detegetur. Nam etiam vestigium eius, quod in voce al-Jamanî Wuestenfeld l. l. apud Hâggi Chalifam n. 7102 (III, 591 ed. Fluegel) repperisse sibi visus est, ne ad irritum ducat verendum est. Legitur enim apud hunc Hoffmanno interprete: *Sirr al-asrâr [Secretum secretorum] de sapientia [compositum] Al-Jamanio; e graeco translatum est tempore Mamunis. Exemplar eius est tractatus sapientis quem scripsit de regimine regnorum et subditorum et exercitus pro Alexandro,* et valde probabile mihi videtur, quod Hoffmannus collato Masʿûdî II, 249 coniecit, in exemplari unde quae Hâggi Chalifa praebet fluxerunt voce *Al-Jamanî*, i. e. Iemenita, Alexandrum, Iamane ortum, significatum esse.

Tempus autem, quo opus concinnatum sit, et fontes adhibitos et scriptores qui eo usi sunt indagando aliquatenus definiri poterit. Prius a meo proposito alienum est. Alterum autem prorsus silentio praeterire non possum, etsi cum Steinschneidero, viro clarissimo et praeter ceteros de hac quaestione optime merito, sed etiam scitum illud: *amicus Plato, magis amica veritas* tenente, contendere debeo. Ἀγαθὴ δ' Ἔρις ἥδε βροτοῖσι. Nam si Secreto Secretorum iam qui creduntur scriptores usi sunt, tota mea de origine eius sententia collabitur. Steinschneideri enim (Jahrb. f. rom. u. engl. Lit. XII, 356 et 369) coniectura est iam Honcinium ibn Ishâq, qui ab anno 809 usque ad 873 fuit, in ‚sententiis' Secreto usum esse. At ut omittam, num hae ‚sententiae' genuinae sint Augustum Muellerum, iudicem peritissimum, ut ad me scripsit, nunc etiam magis quam antea (Zeitschr. d. deutsch. morgenl. Ges. XXXI, 525)

---

1) Cf. Aristot. qui feruntur libr. fragm. ed. Rose, Lips. 1886 n. LII fr. 615.

2) Cf. Klamroth, Zeitschr. d. deutschen morgenl. Ges. XLI, 441.

3) In ea quae in Fihristo sequuntur, quamquam ex eadem epistula laudantur, hoc non cadit.

dubitare, atque ut obiter tangam verba in ‚sententiis' tituli instar posita: *epistula quam Aristoteles ad Alexandrum scripsit*, quoniam plures tales epistulae Arabibus notae fuerint,[1]) minime requirere, ut de Secreto cogitemus: caput ipsum, de quo Steinschneider Knustii vestigiis (Jahrb. X, 323) insistens suspicatus est, in Secreto, saltem, id quod etiam de sequentibus dictum esse volo, in Philippi interpretatione, non reperiri testor, postquam id e codice Monacensi 651 fol. 68v—70r germanice redditum ab Augusti Muelleri egregia comitate nactus sum.[2])

Neque in Theologia Aristotelis, quae tempore El-Mutasimi chalifae (833—842) orta est, quamquam Steinschneider (Deutsche Litteraturzeitung 1883, 12 col. 406) item affirmavit, vestigia Secreti reperire mihi quidem contigit. Prooemium ‚Theologiae' quod gradus illos quinque (deum, spiritum, animam, naturam, huius opera) commemorat (p. 2, 24 sq. ed. Dieterici), ut reliqua, ad Porphyrii περὶ ἀρχῶν librum redire Rosius (Deutsche Litteraturzeitung 1883, 24 col. 843) evicit. Neque, si Philippi versioni fol. XXXIb fides habenda est, series quam S praebet plane cum illis concinit.

Etiam in indice scriptorum Aristotelis a Iaqubio c. 875 facto Secretum deest.[3])

Ac ne in encyclopaedia quidem quae dicitur ‚fratrum sincerorum' (Ichwān es-safā) vestigia eius equidem agnoscere possum. Nam non video, quo pacto concilientur quae sunt de nuntiis in S fol. XXXVII b et in illa (Dieterici, der Streit zwischen Mensch und Thier, p. 53) et de moribus animalium in S fol. XXXVI et in illa (Dieterici, l. l. p. 113) et de astris in S. fol. XIIb et in illa (Dieterici, Anthropologie der Araber p. 77 et 85 sq.).

Muhammedum ibn Ishâq, auctorem Fihristi, (circa annum 987) cum Aristotelis ad Alexandrum epistulas laudat (I, 247 ed. Fluegel) non Secretum, quae est opinio Steinschneideri (Jahrb. XII, 369), ante oculos habuisse supra docui. Neque magis de hoc cogitandum est, si idem auctor p. 314 Polemonis et ‚Aristoteli suppositae physiognomoniae' mentionem facit, sed de libello qui graece ad nos pervenit. Nam Polemonis et Aristotelis libellos Arabibus notos fuisse documento sunt ea quae nuper (de Polem. phys. p. 3) et supra p. 21 n. 1 collegimus et infra p. 29 n. 4 afferemus.

Nec quicquam cum S Ioanni illi Scoto Erigenae est. Iniuria enim hunc a Baleo aliisque pro interprete Secreti habitum esse iam Galeus (Ioannis Scoti Erigenae de divisione naturae libri V, Oxonii 1681, Praef. §§ 3, 2) intellexit, quamquam causa erroris, cuius Woodius (histor. et antiquit. univ. Oxon., Oxonii 1674, I p. 15) auctor fuit, ne a Staudenmaiero (Johannes Scotus Erigena p. 145) quidem et Christliebio (Leben und Lehre des Johannes Scotus Erigena p. 9 et 23) perspecta est. Non enim Ioanni Scoto a Rogerio Bacone (cf. p. 31) tributa sunt verba quae Woodius protulit: *Non reliqui locum neque templum, in quibus philosophi consueverunt componere* etc., sed sunt Ioannis ibn el-Bitriq personati. Desinant igitur tandem ex his solis verbis concludere Erigenam in Graeciam profectum esse.

Nec magis quod Rosius (de Arist. libr. ord. p. 183) Constantinum Africanum († 1080 vel 1085) in Pantechni lib. I c. 8—18 ed. Basil. 1539 Secreto usum esse contendit, probare possum. Quae enim illic a Constantino profertur doctrina complexionum in S non extat, sed e fonte manavit

[1]) Cf. Fihrist I, 247.

[2]) Reperitur in hac epistula locus qui ab Ibn 'Abd Rabbihi Cordubensi († 328) in anthologia inscripta al'iqd al. ferîd (ed. Bûlâk 1876/77 I p. 10) ita laudatur interprete Hoffmanno: *Et scripsit Aristoteles Alexandro: Dominare in subditos bene eos tractans, amorem ab iis nancisceris. Nam si hoc bona tua tractatione assequi studes, diutius manebit quam si vi agas. Et scias te tantum in corpora dominari; adiunge iis corda. Et scias subditos si loqui iis liceat, etiam agere posse. Itaque operam da ne loquantur, tutus eris, ne agant.*

[3]) Cf. Klamroth l. l. p. 420 sq.

aliquatenus simili eius quem Razes de re medicina ad Mansorem lib. II c. 1—15 adhibuit, quem ipsum in physiognomonia Secreto non usum esse supra (p. 17 sq.) exposuimus.

Ac ne ea quidem quae e ‚sententiis' a Mubaschschirio ibn Fâtik, philosopho et medico saeculi XI exeuntis et XII ineuntis, compilatis proferuntur, pro certis Secreti vestigiis habere possum. Nam sane in his eaedem sententiae eidem auctori atque in S tribuuntur, ut Hippocrati: *comedo, ut vivam, non vivo ut comedam* (S fol. XIIIb = Journal Asiatique ser. V t. 8 p. 179, 8) vel Aristoteli octo sententiae: *mundus est hortus — salus subditorum* (S fol. XXXIb = Journal As. l. l. p. 352, 89), sed in ambiguo relinquitur, utrum eas Mubaschschirius e S an uterque ex eodem fonte hauserit. Neque in hac re praetermittendum est, quod duo loci qui e ‚praeceptis' vel ‚epistula Aristotelis ad Alexandrum' a Mubaschschirio laudantur (Journ. As. l. l. 346, 46; 351, 85) in S non reperiuntur. Coniectura vero Steinschneideri (Jahrb. XII, 361), qui librum Aristotelicum *celi et mundi* a Mubaschschirio laudatum in librum *secreti secretorum* mutare voluit, stare non potest, quoniam idem titulus etiam apud Iaqûbium [1]) et in Fihristo I, 250, 28 extat.

Neque Secretum latet in Disciplinae clericalis a Petro Alfonsi paulo post annum 1106 scriptae duobus locis c. VI § 3 *Aristoteles in epistola sua, quam Alexandro regi composuit, meminit; qui, quum ab eo quaereret, quem sibi ex omnibus consiliarium faceret, taliter per epistolam suam respondit: Accipe, ait, talem qui septem liberalibus artibus sit instructus, industriis septem eruditus, septem etiam probitatibus edoctus* et c. XXV § 15 *Aristoteles in epistola sua castigavit Alexandrum regem ita dicens: Melius est cum paucis pace tuos regere quam magnam militiam tenere. Item: Tene rectam iustitiam inter homines, et diligit te omnis homo. Ne properes ulli reddere mutuum boni vel mali, quia diutius expectabit te amicus et diutius te timebit inimicus.* Neuter enim locus in S extat, et rerum differentia (cf. Secr. fol. XXXV et XXXb) prohibet, quominus cum Knustio (Jahrb. X, 308) Petrum aliam Secreti interpretationem latinam usurpasse coniciamus, cuius nullum vestigium extat. [2]) Sed etiam Petrus, nisi memoriam eum destituisse sumere mavis, ut pro Aristoteleis venderet, quae aliunde ad eum redundaverunt, alia Aristotelis ad Alexandrum epistula usus est.

Certum autem cognitionis Secreti documentum praebet interpretatio latina partis Secreti quae est de sanitate (fol. XIVb — XVIII) ex arabico saeculo XII ab Ioanne Hispaniensi vel Hispalensi facta. Quae multis codicibus ad nos pervenit inscripta ‚epistola Aristotelis (ad Alexandrum) de conservatione (observatione) corporis humani', vel de conservatione (observatione, regimine) sanitatis' vel ‚liber de observatione diaetae sanitatis' vel ‚de conservanda sanitate', vel ‚de diaeta hominis' et nuper a Sucherio (Denkmaeler der provenz. Lit. und Sprache I, 473 sq.) etsi ad fidem codicum malorum edita est. Ex arabico eam fluxisse confirmatur testimonio interpretis ipsius quod est in prooemio: [3]) *accidit ut meae menti cogitanti vestrae iussioni obedire huius rei exemplar Aristotilis philosophi Alexandro editum*

[1]) Cf. Klamroth l. l. p. 428 et 433.

[2]) Etiam *liber aristotilis principis philosophorum qui secretum secretorum dicitur filii Nichomachi de macedonia immodicum utilis — quem idem phylosophus edidit discipulo suo magno imperatori Alexandro filio Phylippi regis graecorum ad eius instantias atque preces,* qui legitur in codice Chisiano E V 158 membr. saec. XIV fol. 1—43, nihil aliud est nisi versio Philippi abbreviata *tum causa brevitatis tum ratione cuiusdam occultae providentiae superdependentis omnibus* (fol. 1).

[3]) Praebeo textum hic et in appendice III ad fidem codicum a me collatorum, qui sunt Parisinus lat. 16170 (=P), cuius effigiem lucis ope confectam Henrici Omontii benevolentiae debeo, et Monacensis lat. 527 (= M) a Laubmanno Kiliam missus. De his reliquisque codicibus alio loco accuratius agam.

repente occurreret, quod extraxi de libro, qui arabice dicitur sirr el-asrâr id est secretum secretorum, quem fecit, sicut praedixi, Aristotiles philosophus Alexandro regi magno — de dispositione regni, in quo continentur multa regibus utilia, quem quidam interpres iussu imperatoris sui cum magno labore quaesivit. De cuius inventione sic ait: Egressus sum quaerere diligenter etc. Exemplar arabicum recensionis quam supra A littera insignivimus fuisse Steinschneider mecum communicavit. Codices interpretationis latinae saeculo XIII anteriores, quod ego noverim, non extant, et carmen provinciale ex illa libere expressum a Sucherio primo editore (l. l. p. 201) priori parti saeculi XIII tribuitur. Ioannes autem, qui in plerisque codicibus Hispaniensis, in nonnullis Hispalensis, dicitur, utrum distinguendus sit ab Ioanne Hispaniensi vel Hispalensi, Iudaeo Lunensi, interprete Toletano famae clarissimae, quaestio est quae maximam requirat cautionem.

Dedicavit enim versionem suam Ioannes noster *Hispanorum Reginae*, cuius nomen plenum in codicibus non extat, sed, nisi omnino deest, prima littera quae est *T*[1]) significatur. Theophinae nomen, quod loco *T* litterae ab auctore Catalogi librorum manuscr. Angliae et Hiberniae T. II P. 1 p. 97 n. 3794 extare dicitur in codice ‚Iohannis Hobii Militis,' qui ubi hodie lateat nescitur, si omnino extat, coniectura librarii semidocti non contineri non potest.[2]) Nam quae hoc nomen gerat regina Hispanorum non extat. Vix autem dubium est, quin in *T* lateat Tarasia vel Tharasis, id quod etiam testimonio confirmatur auctoris ‚Ordinis vivendi philosophice secundum Aristotelem', qui Ioannis Hispaniensis interpretationem paulo liberius retractavit vel, ut ipse ait, excerpsit. Quod opusculum in codice bibliothecae academiae Vratislaviensis IV Q. 24 n. 5 fol. 177 b — 180 a et in codice Oxon. Corp. Christ. 219 fol. 295 b extat. Verba eius quae huc pertinent secundum apographum prioris codicis ab Hermanno Markgraf gratiose meum in usum factum haec sunt: *Sequitur ordo vivendi philosophice secundum Aristotelem, quem si servaveris multas valde et magnas egritudines vitare potes et habere vitam incolumem auxiliante et previa misericordia conditoris. Scribit enim venerabilis Io. Yspaniensis Tharasi Hispanorum regine libellum brevem de observatione diete seu corporis custodia et dicit se excerpsisse de libro Aristotelis Alexandro Magno edito qui arabice vocatur dyalicerar, que littere possunt dici secretum secretorum. Et dicit idem Io. Yspaniensis se accepisse a quodam philosopho qui imperatoris cuiusdam iussu hunc libellum quesitum diucius invenit in ara maxima et solempnissima Iovis ubi reperiri solebant secretius edita philosophorum. Invenit autem hunc librum aureis litteris scriptum. Huncque librum predictus venerabilis Io. Yspaniensis de arabico transtulit in latinum et nos eundem cum abbreviaturis excerpsimus* etc. Sunt autem quae in censum venire possint huius nominis reginae tres: 1) Tarasia, filia Alfonsi VI regis Leonis et Castiliae, Henrici Comitis Burgundiae uxor, mater primi regis Portugalis, quae eius loco ab anno 1112 usque ad 1128 regnavit et primo die novembris a. 1130 mortua est;[3]) 2) Tarasia inde ab anno 1176 Ferdinandi Regis Leonis uxor, quae die 7 februarii a. 1180 diem obiit;[4]) 3) Tarasia, filia Sanchonis I regis Portugalis, quae anno 1191 Alfonso Regi Leonis nupsit, sed iam a. 1195 per divortium ab eo discessit, anno 1228 mundo renuntiavit et in monasterio Lorva-

---

[1]) Quae huius loco in codice Arundeliano 459 saec. XIV fol. 69b extat scriptura *G.'* errore librarii continetur.

[2]) Totus titulus: *Aristotelis (ut fertur) ad Alexandrum Secreta Secretorum a Ioanne Hispaniensi inventa et ex Arabicis translata et Teophinae Hispaniarum Reginae dicata* non ipsius librarii, sed ab auctore catalogi e praefatione opusculi sumptus esse videtur.

[3]) Cf. L'art de vérifier les dates ed. Paris. 1818 t. VII, 2. Schaefer, Gesch. v. Portugal I, 16—24.

[4]) Cf. L'art de vérifier t. VI, 550.

nensi die 18 iulii a. 1250 vita decessit[1]). Si secundam eligamus, cogitari possit de Ioanne Hispano, qui anno 1175 e numero monachorum Montis Thabor fuit[2]); si tertiam, de Ioanne Hispano, anno 1244 archidiacono Tornodorensi et capellano Innocentii IV[3]). At ut neutrum eorum litterarum studio deditum fuisse, nedum quicquam ex arabico vertisse scimus, ita aegerrime adduci poterimus, ut hanc interpretationem ab eo abiudicemus qui permulta atque inter haec quae Aristotelis ferebantur[4]) ex arabico in latinum vertit singularemque eius artis famam nactus est[5]). Iam cum is et ‚Aristotelis de differentia spiritus et animae librum' et Avicennae de anima opus in usum Raimundi inde ab anno 1126 usque ad 1150 archiepiscopi Toletani[6]) et librum Alfragani anno 1135[7]) verterit et epitomen astrologiae anno 1142 concinnaverit, primam Tarasiam aetate fere ei parem fuisse elucet. At, dicet quispiam, haec Tarasia non regina Hispaniarum, sed Portugalis fuit. Audio, neque dum pro filio inde ab anno 1112 usque ad 1128 regnavit, eam Hispanorum, sed Portugalis reginam appellatam esse concedo; sed cur ante 1112 et post 1128, ut Hispaniarum[8]) regis filia, Hispanorum regina dici non potuerit, non video, praesertim cum eam, *quia regis filia, reginam* dictam esse Rodericus archiepiscopus[9]) Toletanus diserte testetur et documenta confirment. Unde si interpretationem non ita multo ante novembrem anni 1130 factam esse statuimus, hoc optime cum iis quae aliunde de Ioanne Hispaniensi certo scimus congruit: in hac enim interpretatione se tironem fuisse auctor testatur, cum, *iuxta*, inquit, *posse meum in quibusdam sensum et litteraturam aequaliter secutus sum. Nec mirum, si imperitia mea hoc egit, cum fere omnes sapientes qui fuere interpretes ita egisse noscuntur. — Nemo ergo me in aliquibus deliquisse miretur aut culpet, dum coram omnibus confiteor me totius sapientiae pati inopiam.*

Totum autem opus ut Latinis in cognitionem veniret maximamque vim exerceret, Philippi Tripolitani interpretatione[10]) factum est. Si fidem merentur quae sunt in prooemio, quod infra in

[1]) Cf. L'art de vérifier t. VI, 551. Schaefer l. l. I, 121; 137; 171; Schirrmacher, Gesch. v. Spanien IV, 244 sq; 328; 372.

[2]) Cf. Pauli, Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano t. I p. 211 et 247.

[3]) Cf. Berger, les registres d'Innocent IV t. II, Paris 1884 (Bibl. des écoles françaises d'Athènes et de Rome, 2 ser. I, 6 p. 120 n. 705.

[4]) Cf. Steinschneider, Zeitschrift für Mathematik XVI, 373; Zeitschr. der deutschen morgenländ. Gesellsch. XVIII, 123 sq. Rose, Hermes VIII, 332 sq.

[5]) Quod in codice Laurentiano 30, 29 saec. XIII nostra interpretatio excipitur libro Thesbith de imaginibus ex Arabico in Latinum ab Ioanne Hispaniensi translato, in hac quaestione habet aliquam vim, etsi non tantam quantam haberet, si legeretur, quod Bandinius dicit: *a praedicto Ioanne Hispaniensi.* At legitur, ut Anzianius comiter mihi rettulit: *Incipit liber o thesbith translatus a Iohanne hispaniensi.*

[6]) Prior interpretatio codice Monacensi lat. 18917 fol. 58—60, altera codice Vendomensi lat. 111 fol 1 sq. continetur.

[7]) Cf. subscriptionem codicis Amploniani Q. 351 fol. 130; Fol. 378 fol. 18 et quae post Chaslium, Comptes Rendus de l'acad. franç. 1841 t. XIII p. 513 Woepckius, Journal Asiat. 1862 I 115 sq. exposuit.

[8]) Hoc non cadit in alteram saeculi XII Tarasiam quae regina appellata est (vide Cangium s. v. *Regina*), quamvis regis non uxor, sed filia fuerit, filiam dico Alfonsi I Regis Portugalis, quae anno 1218 mortua est (L'art de vérifier t. VII, 4).

[9]) De reb. Hisp. 7, 5 (cf. Schaefer l. l. I, 24). Documenta historica Cangius l. l. collegit.

[10]) A vero abhorret, quod contendit Sucherius l. l. p. 531 Philippum textum epistulae quae est in versione Ioannis ad verbum recepisse, aeque atque quod Reinschius (Archiv für das Studium der neueren Sprachen vol. 68 p. 10) epistulam Alexandri postea demum in Philippi versionem inculcatam esse. Nihil autem nisi commenta sunt librariorum vel eorum qui catalogos concinnaverunt, si dicitur contineri codice Cantabr. Univ. 1524 (Gg. IV. 25; catal. vol. III p. 168) f. 13 et Oxon. Balliol. 146 f. 20 et Omn. Anim. 74 f. 158b *Aristotelis liber de secretis secretorum sive de regimine principum de lingua arabica in latinum translatus a Iohanne Hispalensi* vel codice Parisino lat. 3209 *liber Aristotelis ad Alexandrum Magnum ex Arabico sermone in latinum a Ioanne Clerico Tripolitano conversus* — nam est interpretatio Philippi, ut etiam in cod. Oxon. Corp. Christ. 39 et Exon. 35.

appendice II ad fidem codicum edam, codex Secreti arabici Antiochiae,[1]) dum Philippus cum Guidone (Vere?) episcopo Tripolitano, viro eximiae doctrinae et ardore scientias propagandi incenso, ibi commoratur, repertus in causa fuit, ut ipse Guidoni morigeratus librum *quo carebant Latini* in latinum verteret. Sed versionem non in oriente, sed in occidente[2]) ortam esse ut coniciamus, suadere videntur verba prooemii: (*vestrae scientiae profunditas*) *cunctos citra mare modernos* (*in literatura exuperat*) *tam barbaros quam latinos,* quibus oppositi sunt viri docti *d'outre-mer.* Atque ut Guido *de Valentia* (Valence) fuisse dicitur, ita auctorem Gallum fuisse probabile esse duco motus proprietate sermonis quam iam C. B. Hasius in Taubii dissertatione p. 22 digito monstravit, copiam dico locutionum quae Gallicum sermonem sapiunt. E quibus, cum latius exspatiari huius loci angustiae non sinant, eas tantum fere nunc proferam,[3]) quae in physiognomoniae capite reperiuntur*: probus = preux* (§ 7 p. 10, 11 *probus et audax*; § 17 p. 13, 22 *probitas et audacia*; § 18 p. 14, 8 *audacia et probitas*; cf. fol. XI b *probitatem*; fol. XXX, 1 *probitas et fortitudo*); *indiscretus = indiscret* (§ 16 p. 13, 15); *apprehensio = appréhension* (§ 4 p. 8, 12; cf. fol. XXV b *velocis apprehensionis*; ib. *habent apprehensionem*; fol. XXXV b *bonitas apprehensionis)*; *prosperari = prospérer* (§ 22 p. 15, 13); *extraneus = étrange* (§ 1 p. 4, 9 *historia pulcra et extranea*; cf. prooem. fol. IV *magna miracula et extranea opera.)*

Iam si accuratius quaerimus, quo tempore haec interpretatio orta sit, maxime dolendum est, quod de Guidone, episcopo Tripolitano, etsi tantis laudibus a Philippo effertur, nihil nobis notum est. Ac ne coniectura quidem stare potest, quam Iourdanius (Recherches sur l'âge des traductions latines d'Aristote, nouv. éd., Paris 1843 p. 147) de eo protulit, cum *Guido*, inquit, *ne serait-il pas le prélat désigné par la lettre initiale G dans une charte de vente faite par Ham, connétable de Tripoli, aux Hospitaliers et qui porte la date 1204 (Codice diplom. di Pauli t I p. 93)?* Agitur enim de duabus chartis a Paulo l. l. p. 92 n. 87 et p. 98 n. 93 editis, quarum prior haec verba continet: *ego G. Dei gratia Episcopus Tripolitanus, qui huic venditioni Testis interfui presentem cartam sigillo meo plumbeo feci sigillari. Actum anno ab Incarnatione Domini M°CCIV. Mense Decembris,* altera haec: *testes sunt: G. episcopus Tripolitanus. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini MCCVIIII mensis Octobris Indictione XIII,* et in *G.* littera latere Gaufridum valde probabiliter auctor Syriae sacrae eruditissimus, Roehricht (Zeitschrift des deutschen Palaestina-Vereins X p. 32) statuit ratione habita chroni-

---

[1]) Hoc nomen Steinschneider (Jahrb. XII, 369 et 376) pro ficticio habuit. Cui qui adstipulatur, etiam illud quod Philippus una cum Guidone fuit itaque totum prooemium in suspicionem vocare debet. Erit fortasse tempus, quo hoc probari possit. Iam nunc ad hoc argumenta satis valida suppetere negaverim.

[2]) Quo tempore Philippus prooemium scripsit, convictum inter eum et Guidonem desiisse vel in eo fuisse ut desineret indicare videntur verba: *istud opus quod ad vestram transtuli gloriam et honorem, ut mei memoria firmius apud vos remaneat.*

[3]) Quarum nonnullas iam Taubius dissert. p. 24 commemoravit. Quem nollem in libello gratulatorio quadriennio post (Gleiwitz 1866) edito p. 4 sententia mutata Philippum pro Hispano nobis venditare voluisse, cum *ut formae,* inquit, *timpora (i. e. tempora Schläfen) et phisonomia manum interpretis resipiant Hispaniensis, sic graecam eius originem formae geneseos et discolum prodere satis adhuc videntur.* Neque *timpora* neque *phisonomia* formae sunt Hispaniae propriae, sed medii aevi fere communes; de priore cf. Schuchardt, Vocalismus des Vulgärlatein I, 341 et Seelmann, die Aussprache des Lateinischen p. 190. Quamquam etiam magis mirum, quod Taubius e formis *geneseos* et *discolum* graecam Secreti originem effulgere sibi persuasit, nam ne hae quidem in latinitate medii aevi rarae sunt, et maxime mirum, quod Ioannem Patricii filium i. e. ibn el-Bitriq cum Hispaniensi confudit, similiter atque librarius codicis Laur. 83, 2, (=M), qui eius loco Philippum (cf. p. 37, 1 et 2) posuit.

eorum Albrici Monachi Trium Fontium quae ad annum 1211 haec tradiderunt:[1]) *Hoc tempore causa ecclesie et archiepiscopi Iohannis Turonensis ventilabatur coram papa de episcopis Britannie — Prosecutor dicte cause archidyaconus Gaufridus electus est post aliquot annos in episcopum Tripolitanum ultra mare.* Quae verba sane si ad obrussam exigimus, Gaufridum aliquot demum annis post 1211 episcopum Tripolitanum electum esse dicamus necesse est; at in numero anni 1211 Albricus erroris convincitur tabula in Thesauro Novo Anecd. ed. Martène et Durand t. III col. 942 sq. edita, quae illam de subiectione ecclesiae Dolensis causam iam anno 1191 ad finem peractam esse probat.

Item cassa fit spes aliquid de aetate Philippi cognoscendi, quam movet inscriptio codicis hebraici de Rossi 354 a Steinschneidero (Archiv für patholog. Anatomie XL, 90) sic reddita: *Liber de inspectionibus urinae iuxta sententiam magistrorum Petri de Berenico, Constantini Damasceni et Iulii Salernitani ex mandato imperatoris Frederici anni 1212 nativitatis mense Februario compositus et correctus per mag. Philippum Tripolitanum et mag. Gherardum Cremonensem ex mandato regis hispani versus autem in linguam nostram a mag. Ioh. Inglesio medico Romano.* Nam cum Gerardus Cremonensis, quippe quem iam anno 1187 obiisse constet, librum anno demum 1212 compositum corrigere non potuerit, totum testimonium parum validum est quam ut in eo consistentes Philippum Gerardo aetate parem fuisse contendamus, immo vero Steinschneider suo iure fidem ei abrogasse mihi videtur.

Itaque cum etiam codicum superstitum aetas nihil aliud nisi ante saeculum XIV versionem factam esse probet, firmiora adminicula circumspiciamus necesse est. Certus autem terminus, post quem versio facta sit, medius annus 1109 est. Nam die X mensis Iunii huius anni Tripolis ab exercitu crucigero capta est[2]). Episcopum autem non ita multo post electum esse inde sequitur, quod teste Anna Comnena Alex. XIV, 2 p. 425 et 428 P iam anno insequenti legati Alexii pecuniam in palatio episcopali (*ἐπισκοπή*[3])) deposuerunt. Certus autem terminus, ante quem versio orta sit, annus 1235 est. Nam hoc anno iam non inter vivos fuit Michael Scotus, qui partem eorum quae in libro phisionomoniae ad preces Friderici II imperatoris scripto protulit e Philippi versione sumpsit[4]). Prius apparet e carmine Henrici Abrincensis ad Fridericum imperatorem anno 1235 vel priore parte anni 1236 misso, quod Winkelmannus (Forschungen z. deutschen Geschichte XVIII, 483 sq.) edidit v. 55 *quedam de te presagia, cesar / A Michaele Scoto me percepisse recordor / Qui fuit astrorum scrutator, qui fuit augur / Qui fuit ariolus et qui fuit alter Apollo* et v. 80 *Veridicus vates Michael hec pauca locutus / Plura locuturus obmutuit et sua mundo / non paciens archana plebescere iussit / eius ut in tenues prodiret hanelitus auras / Sic acusator fatorum fata subivit.* Quin etiam cum neque vitae a Michaele Scoto ultra annum 1228 deductae usquam vestigium extet et Fridericus imperator, quando Scotus opus suum concinnavit, iuvenis fuisse videatur, in termino constituendo etiam ultra annum 1235 aliquantulum recedere poterimus. Alterum autem intelligitur e peccatorum dictionumque inter Michaelem et Philippum consensu maiore quam ut ex arabico Secreti textu Michaelem hausisse censere liceat. Quod

---

[1]) Monum. Germ. Scriptt. t. XXIII p. 893. Rerum Gall. et Franc. Scriptt. t. XVIII p. 777.

[2]) Cf. Archives de l Orient latin II, 430. Wilhelm. Tyr. XI, 10. Lequien, Or. Christ. III, 1173 cum annum 1099 nominavit, locum Wilhelmi Tyr. VII, 20 perperam intellexit.

[3]) Qua de voce cf. Cangii ad priorem locum notam.

[4]) Maiorem sane eorum partem (part. II c. 24—55) Razis de medicina ad Almansorem operi arabico (II c. 1—24), nonnulla Pseudo-Aristotelis physiognomonicorum interpretationi arabicae debet, plurima de suo addidit. Cf. de translatione lat. physiogn. quae feruntur Arist. p. 22 sq.

recte se habere statim agnosces, ubi hos locos Philippi et Scoti inter se et cum B forma, quam supra repraesentavi, contuleris:

Phil.	Scot.
§ 1. Cuius perfectio attribuitur de numero antiquorum Philimoni summo doctori et magistro phisonomiae.	a IIIb l. 14[1]) Cuius perfectio attribuitur phisionomoni de numero antiquorum phisione summo doctori in scientia naturali.
§ 1 extr. Constituo ergo tibi ex hac scientia phisonomiae regulas et constitutiones abbreviatas et sufficientes.	a IV l. 10 Constituo ergo, o Frederice imperator, tibi ex hac scientia phisionomiae regulas constitutiones abbrevitas quas tibi pono satis sufficienter.
§ 2. Scias ergo, quod matrix est embrioni sicut olla ferculo decoquendo.	a Vb l. 12 matrix est embrioni, sicut olla ad coquendum epulum.
§ 3. Cave et praecave ab omni homine infortunato et diminuto in aliquo membro.	P. II proh. c. VI l. 10 a. i. valde cavendum est in omni tempore ab obviatione et societate hominis infortunati per opus naturae superioris, ut ab homine cui diminutum sit aliquod membrum.
§ 7. Nasus vero simus est impetuosus[2]).	Pars III c. 64 c1 Cuius nasus fuerit simus significat hominem impetuosum vanum etc.
Et cum fuerit nasus latus in medio declinans ad simitatem (*codd.* summitatem), est verbosus[3]) et mendax.	Cuius nasus fuerit in medio latus et declinet ad summitatem sui, significat hominem facile mendacem varium luxuriosum verbosum.

Eadem res est in Alberto Magno[4]), qui in expositione physiognomoniae (de animal. lib. I tract. 2 cap. 2 sq. opp. Lugd. 1651 tom. VI p. 20a sq.) etsi fere physiognomoniam quae dicitur secundum tres auctores[5]) secutus est, tamen etiam cum nonnumquam *Aristotelem* verbis *ad Alexandrum scribentem* (p. 67. 71. 78b) vel *in physiognomia quam Alexandro scribit* (p. 66b) modo additis modo omissis (p. 20a) laudavit,[6]) Philippi interpretationem adhibuit. Documento sunt primum sententia in narratiuncula de Hippocrate et Philemone ceterum non ad verbum reddita

[1]) Utor editione (s. l. e. a.) quae in nostra bibliotheca extat post D. Iasonis Pratensis Medici de tuenda sanitate librum Antverpiae 1538 foras missum.

[2]) A et B habent: *libidinosus.*

[3]) A et B habent: *gloriosus.*

[4]) De animalibus libros ante annum 1250 notos fuisse opinatus est Iourdanius (Lat. Uebersetzungen des Arist. p. 287), sed etiam dum episcopus Ratisbonensis est, id est intra annos 1260 et 1262, Albertum in iis occupatum fuisse monuit De Hertling (Mus. Rhen. 39, 448).

[5]) Cf. quae in comment. de Apul. quae fertur physiognomonia (annal. philol. suppl. XV, 559 sq.) dixi. — Ex hac physiognomonia secundum tres auctores et e Raze magister Aegidius Corboliensis, qui Parisiis regnante Philippo Augusto (1180—1223) vixit, argumentum libri IV operis de signis morborum, qui est de physonomiis, sumpsit. Cf. Rosii Anecd. I, 174 sq.

[6]) Semel (c. XXII p. 66b *Aristoteles etiam in physiognomia quam Alexandro scribit dicit esse cinedum sive caninum qui habet curvum collum ad dextram. Et ibidem dicit quod habens collum gracile)* Aristotelis mentionem in physiognomonia secundum tres auctores (p. 138, 1 R) factam perperam ad Secretum rettulit.

Phil.	Alb.
§ 1 iste homo luxuriosus[1]) est, deceptor, amans coitum.	p. 20a quod esset vir luxuriosus et deceptor, amans coitum.
deinde duo enuntiata:	
§ 15 Qui vero habet collum gracile et longum, est sonorus[2]), stolidus.	p. 66b habens collum gracile et longum est sonorus et stolidus.
et § 14 Qui vero movetur frequenter et loquitur motu manuum, est invidus[3]), eloquens et deceptor. Qui vero est abstinens a motu manuum, est perfectus intellectu, bene dispositus et sani consilii.	p. 78b qui movetur frequenter et loquitur motu manuum, est immundus et eloquens et deceptor. Qui vero abstinens a motu manuum, hic est perfectus intellectu, bene dispositus et sani consilii.

Michaeli et Alberto tertium adiungo Rogerum Baconem, qui non solum cum in Opere Maiore anno 1267 ad Clementem IV pontificem Romanum misso[4]) *Aristotelis in libro secretorum* saepius[5]) mentionem fecit, sed etiam cum hunc librum tractatu et glossulis notisque illustravit, Philippi versione usus est. E priore opere satis erit unum locum cum Phil. collatum attulisse:

Phil.	Bac.
fol. XIII deus gloriosus ordinavit modum et remedium ad temperantiam humorum et conservationem sanitatis ad plurima acquirenda revelavit ea philosophis et sanctis prophetis et quibusdam aliis quos preelegit et illustravit spiritu divine sapientiae.	p. 469 Sed videndum est per Aristotelem in libro secretorum, ubi dicit quod Deus excelsus et gloriosus ordinavit modum et remedium ad temperantiam humorum et conservationem sanitatis et ad plura adquirenda, scilicet ad obviandum passionibus senectutis — et revelavit ea sanctis et prophetis suis et quibusdam aliis, sicut patriarchis, quos praeelegit et illustravit spiritu divinae sapientiae.

Atque etiam tractatum et glossas ad Philippi versionem spectare probant codices duo superstites, Oxon. Corp. Christ. 149 et Bodl. Tanner. 116, quorum prior glossas, alter has cum „tractatu brevi et utili ad declarandum quaedam obscure dicta in libro Secreti Secretorum Aristotilis“ (fol. 1—15) continet[6]).

Quod etiam Thomam Aquinatem Philippi interpretationem novisse Iourdanius (recherches sur les traductions d'Ar. nouv. éd. p. 147) asseverat, id negare nolo, etsi vestigia operis ipsius neque in commentariis quos in Aristotelis opera neque in libris quos de regimine principum, de veritate catholicae fidei contra gentiles, contra errores Graecorum, de unitate intellectus scripsit, reperire mihi

---

1) B habet: *fraudulentus.*
2) A et B habent: *clamosus* et post *stolidus* addunt: *pusillanimus.*
3) Codex Borolin. item praebet: *immundus.*
4) Cf. Charles, Roger Bacon p. 79.
5) Part. I c. 7 p. 11 ed. Jebb; Part. II c. 6 p. 28 (cf. Secr. fol XIII); Part. II c. 8 p. 43 (cf. Secr. fol. XIII); Part. IV p. 216 (cf. Secr fol. XIIb); p. 248 et 473 (cf. Secr. fol. IV); Part. VI c. 12 p. 462 (cf. Secr. fol. XXXV); ib. p. 466 et 469 (cf. Secr. fol. XIII) et 471 et 472 (cf. Secr. fol. XXVII) et 473 (cf. Secr. fol. XXVIII).
6) Utrum de Philippi versione agatur sciscitanti mihi Fr. Madan omnem dubitationem ademit.

contigit excepto uno loco de reg. princ. II. c. 15 *De Aristotele etiam tradunt historiae, quod Alexandro exhortatorias litteras destinavit, quod pauperum inopiae memor esset ad prosperitatem sui regiminis augmentandam*, qui ad Secr. fol. VIb *Qui ergo dat de bonis suis tempore necessitatis hominibus indigentibus talis rex est largus sibi et subditis: eius regnum prosperabitur* (cf. fol. Xb *subveni egentibus in sua indigentia*) referri potest. Nostrum autem opus in libro *de sanitate et aegritudine* latere, quem Thomas in comment. ad Ar. de sensu et sensato fol. 1a col. 2 (ed. Venetiis 1566) laudavit [1]) *(Similiter autem et in Libro, qui inscribitur de Causis Longitudinis et Brevitatis vitae et in Libro quem fecit de sanitate et aegritudine, quae etiam pertinent ad dispositionem vitae et in Libro, quem dicitur fecisse de Nutrimento et Nutribili, qui duo Libri apud nos nondum habentur)* non credo [2]), et si lateret, eo saltem tempore quo Thomas commentarium scripsit ei ignotum fuisse ex hoc ipso loco consequeretur.

Neque commentarius Petri Hispani ad versionem Philippi scriptus, qui in codice Urbin. lat. 1392 post hanc (fol. 34—46) legitur, maioris († 1277), sed minoris esse videtur teste subscriptione fol. 65: *Explicit sententia magistri petri yspani super libro phisonomie aristotelis completa die secunda ianuarii 1441.*

Neque nunc licet fusius agere de ratione qua scriptores diversarum nationum saeculi XIII, ut Godofredus de Waterfordia,[3]) Aldobrandinus Senensis in libro ‚della salute del corpo‘,[4]) Iacobus I in ‚Libro de la Saviesa‘, Alfonsus Sapiens in ‚Siete Partidas‘,[5]) monacha coenobii Zimmerensis c. annum 1282,[6]) alii eam libere expresserint.

Unus autem est, in quo paulo diutius commoremur, Petrus de Abernun. Is enim, auctor carminis[7]) inscripti: *Aristote, secret des secrets* et e Secreti versione latina, quam nullam

---

[1]) Cf. Petri de Alvernia expos. ad Arist. de long. et brev. vit. ibid. fol. 57b col. 2 et de iuvent. et senect. vit. ib. fol. 62b col. 2.

[2]) Cf. Petri de Alvern. l. l. fol. 82b col. 2.

[3]) Cf. p. 20 not. 3.

[4]) Cf. Tozzotti, la scienza della fisiognomia tolta dal Segreto de' Segreti attribuito ad Aristotile e traslatato in volgare nel secolo XIV, Livorno 1876 p. VIII.

[5]) Cf. Knust, Jahrb. f. rom. u. engl. Lit. X, 155.

[6]) Cf. Jos. Haupt, Ber. d. Wiener Akad. 71, 514 sq. Toischer, die altdeutschen Bearbeitungen der ps. arist. Secreta Secretorum, Progr. des deutschen Neustädter Ober-Gymnasium zu Prag, Pragae 1884 p. 1 sq.

[7]) Carmen in uno, ut videtur, superstes codice Paris. franc. 25407 (olim Notre-Dame 5, deinde 277) saeculi XIII fol. 173 v — 196 lucem nondum vidit. Ut specimen rationis, qua poeta exemplar suum in usum convertit, praebeo initium carminis ex apographo Omontii benevolentiae debito:

Primes saciez ke icest trettez
Est le secré de secrez numez,
ke Aristotle le philosophe ydoine,
Le fiz Nichomache de Macedoine,
A sun deciple Alisandre en bone fei,
Le grant, le fiz Phelippe le rei,
Le fist en sa graunt vielesce,
Quant de cors estreit en fieblesce,
Pus qu'il ne pout pas travailler
Ne al rei Alisandre repeirar.

et epilogum:

Me ore priez, pur Deu amur,
En ceste fin pur le translatur
De cest livre, ke Pierre ad nun,
K'estreit est de ces de Abernun,

aliam nisi Philippi fuisse maxime probabile est, pendentis priori parti saeculi XII tributus, quin etiam a Barbazano ultra hanc remissus est [1]). Sed ut historica testimonia de poeta omnino desunt, ita iam auctor gravissimus, de la Rue (essais historiques sur les bardes t. II p. 362) observavit Barbazanum, ut plerosque priores editores, falsa de linguae proprietatibus opinione deceptos huic aeque atque plurimis carminibus maiorem aetatem tribuisse neque ante finem saeculi XII carmen conscriptum esse censuit, et Albertus Stimming, collega mihi coniunctissimus, a me sententiam rogatus, vel in saeculum XIII, utpote in quo didacticum genus poeseos maxime floruerit, descendendum esse sibi videri dixit.

Parvus et incertus fuit huius quaestionis eventus neque, quod valde doleo, melior erit in eo quod ad investigandum restat, utrum auctor interpretationis idem habendus sit atque alteruter e Philippis clericis Tripolitanis, quos aliunde novimus.

Quorum prior cantor dicitur Tripolitanus anno 1125 in charta quam Pauli (codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano I n. VII p. 7) publici iuris fecit. Iam cum hoc anno secundum eandem chartam Bernardus, ante hunc autem duo tantum[2]), Arbertus et Pontius, episcopi Tripolitani fuerint, Guido tantum post annum 1125 vel potius 1127, nam etiam hoc anno Bernardus sedem tenebat,[3]) episcopus fuisse potest, et cum anno 1132 Guilelmus, ab hoc usque ad annum 1145 Geraldus episcopus fuerit, anno autem demum 1170 Gumbaldus electus laudetur, Guidoni fere non nisi intra annos 1145 et 1170 locus manet. Neque intra hos annos hunc Philippum versionem facere non potuisse, quia in prooemio ‚*minimum clericorum*' se nuncupaverit, quisquam contendet; nam haec nihil nisi obsequii formula est. Alter Philippus anno 1243 canonicus ecclesiae Tripolitanae electus, anno 1248 simul canonicus Tyrensis et Bybliensis et capellanus Hugonis tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, annis 1250 et 1251 etiam capellanus Innocentii IV fuit, postquam episcopus Tyrensis electus *in manibus papae libere resignavit.*[4]) Hunc si pro auctore interpretationis habemus, Michaelem Scotum eam non ita multo post quam facta sit usurpasse statuamus necesse est. Guidoni autem, cum annis 1204 et 1209 Gaufridus, 1217 et 1228 Robertus episcopus Tripolitanus fuerit, tantum intra annos 1209 et 1217 locus erit.

Neutra opinio pro certa haberi poterit, praesertim si respicitur, quam frequens Philippi nomen inter clericos illius aetatis fuerit.

Haec erant quae de Aristotelis quod dicitur Secreto Secretorum his chartis mandanda esse existimarem.

Ke de bien fere li doint sa grace:
E a nus tuz issi le face,
Ke le regne pussum merir,
Ke done a suens a sun pleisir. Amen.

[1]) Cf. Histoire littéraire de la France t. XIII p. 115.

[2]) Hoc ex eadem charta collata cum bolla anni 1120 (ib. p. 270) sequitur.

[3]) Cf. Pauli l. l. n. XI p. 12.

[4]) Cf. tabulas editas a Bergero (les registres d'Innocent IV tome II p. 54 n. 4394; p. 47 n. 4355 et 4354; p. 184 n. 5048; p. 209 n. 5178; p. 254 n. 5390. In *H.* littera (p. 47 n. 4354; p. 54 n. 4394; p. 254 n. 5390) latere Hugonem, non quem Roehricht (Zeitschr. des deutschen Palaestinavereins X, 33) dixit Guidonem, qui postea (1265) nomine Clementis IV cathedram pontificalem conscendit, evincunt chartae anni 1245 p. 219 n. 1445 et 1491. Et charta anni 1259 (Pauli l. l. I n. 137 p. 166), ad quam Roehricht provocat, non ad hunc, sed ad alterum Philippum spectat, qui anno 1125 (ib. p. 7 n. 7) cum fratribus sanctae domus hospitalis Hierosolymitani de decimis quibusdam pactum fecerat. Nam illa charta „*Canonici Tripolitani cuidam composicioni olim facte inter Magistrum Philippum Cantorem Tripolitanum ex parte una et Magistrum et fratres Hospitalis S. Iohannis Iherosolimitani ex altera super quibusdam decimis*" accedunt.

In fine pag. 24 not. 2 addas: Initium (*Dominare-nancisceris*) simile est in Secreto (cf. p. 35, 38 sq.).

Appendices.

I.

Prooemium Secreti Secretorum latine conversum.

B[1])

Deus principi fidelium salutem det, corroboret eum ad praesidium fidei et incolumem eum servet, ut de rebus fidelium vigilet.

Servus eius iusso eius oboedivit et desiderium eius suum fecit librum de scientia regiminis in instituendo imperio investigandi, quem sub titulo secreti secretorum notum nobilis philosophus Aristoteles, filius Nicomachi, Macedo, discipulo suo, potentissimo regi Alexandro, filio Philippi, Macedoni, qui sub nomine Bicornis notus est, composuit, cum nimis aetate decrepita nimisque debilis esset, quam ut cum eo in bellum proficisceretur vel ut magistratus ei serviret. Alexander enim eum ministrum regni sui fecerat, aestimabat, familiari amicitia sibi coniungebat et praeferebat, cum homo sani consilii, scientiarum studiosus, acri ingenio et singularis esset legalibus proprietatibus, continentia morum et theologicis scientiis simul cum pietate, abstinentia, religione, humilitate, amore iustitiae, devitatione iniuriae et commendatione sinceri-

[1]) Cf. p. 21.

12. *vox* Macedo, *ut sequens* Macedoni, *in 1 et 3 corrupta est.*

Ph[2])

De prohemio cuiusdam doctoris in commendationem Aristotilis.

Deus omnipotens custodiat regem nostrum ad gloriam credentium et confirmet regnum suum ad tuendam legem divinam suam et perdurare faciat ipsum ad exaltandum honorem et laudem bonorum.

Ego suus serviens executus sum mandatum mihi iniunctum et dedi operam ad inquirendum librum moralium de regimine dominii qui nominatur secretum secretorum quem edidit princeps philosophorum Aristotiles filius Nicomachi de Macedonia discipulo suo magno imperatori Alexandro filio Philippi regis Graecorum, qui Alexander dicitur duo cornua habuisse. Hunc quidem librum composuit in sua senectute et virtutum corporalium debilitate, postquam non poterat quotidianos labores et viarum discrimina tolerare nec regalia etiam

[2]) Contuli codices *BLM* (cf. p. 2) et editionem principem (Hain report. bibl. I, 1, 1779 = *p*).

1. prohemio] prologo *LM* cuiusdam] *om. L* in] et *p* commendationem] commendatione *Mp* 2. Aristotilis] *om. L* 3. ad] *om. LMp* gloriam] gloria *M* 4. tuendam legem] accipiendam legem alibi tuendam *M* 5. suam] *om. B* exaltandum] exaltandam *L* 7. suus serviens] servus *M* sum] *om. Bp* mandatum] mandat *p* 8. et] *om. LBp* inquirendum] inquirendam *L* acquirendum *p* acqurendi *M* 9. de] in *Bp* regimine] regimo *p* dominii] domini *LB* 10. secretorum] secretorum aristotelis *B* 11. Nicomachi] Nichomachi *B* nichomachum *p* magno] *om. M* 12. Alexandro] alexi. *p* Philippi regis] regis Philippi *p* 13. cornua habuisse] habuisse cornua *B* 15. quotidianos] cotidianos *B* 16. et] in *L* viarum] varia *B* tolerare] tollerare *Bp* etiam] *om Bp*

B

tatis. Quapropter etiam multi sapientium eum in prophetarum numero habuerunt, et in multis chronicis Graecorum scriptum est deum ei revelasse: te potius angelum quam hominem nominaverim. Etiam valde memorabilia et omnibus nota miracula fecit, quae commemorare longum esset. De morte eius diversae sunt opiniones: alii eum mortuum et in pyramide, quae ipsius fuit, nota sepultum esse, alii in columna luminosa ad caelum ascendisse dicunt. Hac re quod eius consilium respiciebat et praecepta sequebatur Alexander quod eum nobilem fecit assecutus est: victoriam de urbibus et terris, subiugationem omnium regnorum et ingressum in regiones et terras secundum longitudinem et latitudinem, ita ut gentes Arabiae et Persidis se ei subicerent, quia ei non uno verbo obloquebatur neque una actione reluctabatur. Etiam (Aristoteles) multas epistulas ad eum scripsit, velut epistulam illecebrarum ad amicitiam cordium et ad finem desiderati consequendum. Deinde huc pertinet eius epistula, qua Alexandro respondit, cum Persidem expugnasset et terras magnatesque eius in suam potestatem redegisset. Egregium Aristotelem allocutus est ad eum dicens: *O mi egregie praeceptor et minister, certiorem te facio me in terra Perside numerum hominum eximiae prudentiae et acris ingenii invenisse, quorum actiones in regiam potentiam directae sunt; habeo igitur in animo eos omnes interficere. Quid tu in hac re suades?* Ad haec Aristoteles respondit: *Si in animo habes eos omnes interficere, cuius rei tibi etiam potentia est, cum in eos domineris, tamen eorum aquam, aërem, ignem, terram mutare non potes. itaque in eos beneficiis et benignitate dominare: ita amorem ab iis nansisceris. Deo commendatus sis.* Haec

Ph

negocia exercere, quia Alexander constituit eum magistrum et praepositum quem elegerat et dilexerat multum eo quod erat vir magni et sani consilii et literaturae magnae et penetrabilis intellectus, vigilans in legalibus studiis, gratuitis moribus et spiritualibus scientiis, contemplativus, caritativus, discretus, humilis, amator iustitiae, relator veritatis. Et propter hoc multi philosophorum reputabant ipsum de numero prophetarum. Invenitur etiam in antiquis codicibus Graecorum, quod Deus excelsus suum angelum destinavit ad eum dicens: potius nominabo te angelum quam hominem. Sane multa habet prodigia magna miracula et extranea opera, quae nimis longum esset cuncta per ordinem enarrare, unde de morte sua diversae sunt opiniones. quaedam enim est secta <dicens quod periit, ut consuetudo terrae, et est ipsi monumentum notum, alia est secta> quae dicitur peripatetica quae asserit ipsum ascendisse ad empireum celum in columna ignis. Dum igitur viveret, convaluit Alexander per observantiam sui sani consilii et imitationem praecepti. Et ideo subiugavit sibi civitates et triumphans acquisivit cuncta regna et totius mundi solus tenuit monarchiam, et in omnem terram exivit fama sua et per omnia mundi climata omnes gentes et diversae nationes se subiciebant suo imperio et praecepto, Arabes atque Perses, nec fuit

1. quia] qui *M p* 2. quem] quem etiam *B* 3. magni] *om. M* et] *om. LMp* sani] *om. p* consilii] *om. L* 4. in] *om. M* 5. gratuitis] ingratuitis *B* ingratuitatis *p* 6. relator] zelator *p* 7. philosophorum] philosophi *B* reputabant] ruputabant *M* reputaverunt *B* 8. Invenitur] Invenerunt *M* etiam] *om. p* 10. antiquis codicibus] codicibus antiquis *M* 9. suum—eum] angelum suum ad eum destinavit *M* destinavit ad eum suum angelum *B* 10. nominabo te] te nominabo *M* 11. habet] habuit *M* 12. longum esset] esset longum *L* 13. de] in *M* 14. est secta] secreta *p* <dicens—secta>] *om. LMBp, inserui secutus editionem Lugdun., quae praebet*: una secta dicens quod periit ut consuetudo terre: et est ipsi monumentum situm, quedam autem secta 16. dicitur] dicuntur *p* peripatetica] perypatetica *L* perypotetica *p* 17. asserit—ascendisse] ipsum asserit ascendisse *B* ascendisse ipsum asserunt *p* ad] sursum ad *M* empireum] empirium *B* empyreum *p* impireum *M* columna] columpna *B* 18. Alexander] obedientia alexandri *p* 19. observantiam] observationem *M* sani consilii] consilii sani *M* 21. et] eo *L* 22. omnia] universa *M* 23. diversae] universae *M* 24. nec] neque *Lp*

B

epistula ad Alexandrum pervenit; consilium secutus est, et Persae inter gentes quae ei parebant maxime oboedientes erant.

Ph

gens aliqua quae auderet ei resistere in facto vel in dicto. Porro multas morales epistolas composuit Aristotiles propter nimiam dilectionem cordium et finale secretum. una vero de suis epistolis est haec quam direxit Alexandro. Quando enim Alexander subiugavit sibi Perses et captivavit magnates, direxit suam epistolam ad Aristotilem sub hac forma: *O doctor egregie, rector iustitiae, significo tuae prudentiae me invenisse in terra Perses quasdam gentes habundantes ratione et intellectu penetrabili studentes super alios dominari et regnum acquirere, unde nos proposuimus occidere univèrsos. Quidquid igitur super hoc decreveris, nobis significa tuis scriptis.* Cui Aristotiles ita respondit: *Si potes mutare illius terrae aërem et aquam, insuper etiam dispositionem civitatum, imple tuum propositum. Sin autem, dominare super eos cum bonitate et exaudies eos cum benignitate: quod si feceris, fiduciam habeas, quod cum dei adiutorio omnes erunt subiecti ad tuum beneplacitum et praeceptum et per amorem quem habebunt in te dominaberis in eis pacifice cum triumpho.* Alexander igitur accepta epistola suum adimplevit consilium diligenter, et erant Perses magis obedientes suo imperio quam omnes aliae nationes.

---

1. auderet ei] auderet sibi *M* ei audebat *B* in facto — dicto] in dicto vel in facto *M* in facto vel dicto *B* 3. nimiam] *om. M* dilectionem] delectationem *Bp* delcantionem *L* 4. de suis] suarum *M* est haec] haec est *M* direxit] duxit *L* 5. sibi] *om. M* 6. captivavit] raptitavit *L* direxit—epistolam] epistolam suam direxit *p* direxit epistolam suam *M* 7. O] *om. LM* 8. tuae] vestre *M* in terra] infra *M* 9. intellectu] intellectum *L* 10. studentes] credentes *M* regnum] regimen *M* acquirere] adquirere *B* 11. occidere] interficere *M* quidquid] quidem *B* 12. igitur] *om. Lp* hoc] hec *p* decreveris] decet *B* 13. scriptis] litteris *M* Cui] Itaque *L* respondit] respondidit *M* 14. et] atque *M* etiam] et *Lp* *om. M* 15. imple tuum] impletum *L* tuum] tuum inde *B* propositum] desiderium *M* dominare] dimitte eos *M* 16. super] vivere *M* exaudies] exaudiet *M* exaudi *p* eos] *om. L* 17. habeas] gero *M* quod] *om. M* 18. omnes erunt subiecti] omnes subiecti erunt *B* erunt omnes subiecti *M* 20. in] *om. L* 21. accepta] recepta *M* excepta *p* arropta *L* suum adimplevit] adimplevit suum *M* 22. imperio] consilio *p*

B

Interpres Ibn Iahia el-Bitriq nullum, inquit, fanum neque ullum templum aegyptium e numero eorum, in quibus philosophi secreta sua deposuerunt, inquisitum reliqui, neque ullum e magnis solitariis, qui subtilem eorum (secretorum) cognitionem habent et apud quos a me quaesitum suspicabar, invisitatum. Ita denique ad solis templum veni, quem Asclepius sibi ipsi aedificavit, et in eo solitarium pium et Deo deditum animi mitis et acris ingenii inveni, quem comitate, persuasione doloque eo adduxi, ut sacros libros templi omnes mecum communicaret. Inter hos quaesitum inveni, quem sectatus eram et anquirebam. Deinde potitus quaesito et desiderato ad praesentiam [i. e. Maiestatem] [ab Allah] victricem redditam me contuli et Dei auxilio et adiumento et fortuna et auspiciis principis fidelium beatus factus sum (?) itaque cum gratia et subsidio Dei illud (opus) vertere coepi e vetere graeca in recentem (romanam) et ex hac in arabicam linguam transferens. Primum quod in eo inveni erat exemplar responsi philosophi Aristotelis ad regem Alexandrum: O fili egregie etc.

21. graeca—arabicam] graeca et syriaca in arabicam *r*

Ph

De prologo Ioannis qui transtulit librum.

Ioannes qui transtulit istum librum, filius Patricii, linguarum interpretator peritissimus et fidelissimus, inquit: Non reliqui locum nec templum in quibus philosophi consueverunt componere et reponere sua opera secreta, quae non visitavi nec aliquem peritissimum quem credidi habere aliquam notitiam de scriptis phisicis, quem non exquisivi, quousque veni ad oraculum solis, quod construxit Esculapides pro se, in quo inveni quendam virum solitarium abstinentem, in philosophia peritissimum, ingenio excellentissimum. Cui me humiliavi in quantum potui, servivi diligenter et supplicavi devote, ut mihi ostenderet secreta scripta illius oraculi. Qui libenter tradidit. Inter cetera desideratum opus inveni, propter quod ad illum locum iveram et tempore longissimo laboraveram. Quo habito cum gaudio ad propria remeavi. Inde referens grates multimodas creatori et ad petitionem regis illustrissimi laboravi studens et transtuli ipsum primo de lingua graeca in caldaeam et de hac in arabicam. Inprimis igitur sicut inveni in isto codice transtuli librum peritissimi Aristotilis. In quo libro respondetur ad petitionem regis Alexandri sub hac forma.

1. De prologo] Secundum prologum *M* Ioannis] Iohannis *B* illius *p* philippi *M* librum] librum istum *Mp* 2. Ioannes] Iohannes *Bp* philippus *M* istum librum] librum istum *M* 3. interpretator] interpretatur *p* interpetrator *M* et fidelissimus] *om.* *M* 4. nec] neque *Mp* 5. consueverunt] consueverint *L* reponere] deponere *M* 6. secreta] et secreta *M* quae] quod *Bp* visitavi] insitam *L* visitaverim *M* 7. habere aliquam] aliquem habere *Mp* scriptis] scripturis *M* 8. phisicis] phisicorum *B* phylosophicis *M* quem] quam *M* non] *om.* *M* exquisivi] exquesivi *p* exquisiverim *L* requisiverim *M* 9. construxit] composuit *B* Esculapides] exculapideos *M* pro se] per se *Bp* perses *LM* 10. solitarium abstinentem] abstinentem solitarium *M* 11. ingenio excellentissimum] *om.* *M* 12. in] *om.* *M* et *p* quantum potui, servivi] servivi quantum potui *p* 14. Inter] et inter *M* desideratum opus] opus desideratum *M* 15. illum locum] locum illum *L* tempore longissimo] longissimo tempore *M* 16. habito] habita *B* cum—propria] ad propria cum gaudio *M* 17. grates] gratias *p* multimodas] multis modis *L* 18. illustrissimi] illustris *M* illius terre illustrissimi transmisi *p* laboravi] labore *M* studens] studui *M* ipsum] illum *p* 19. lingua graeca] greca lingua *M* 20. isto] illo *B* ipso *p* 21. peritissimi] peritissimum *L* 22. respondetur] respondit *M* petitionem—Alexandri] regis alexandri petitionem *M*

II.

Prooemium interpretationis Philippi Tripolitani.[1]

Domino suo excellentissimo in cultu religionis christianae strenuissimo Guidoni Vere de Valentia civitatis Tripolis glorioso pontifici Philippus suorum minimus clericorum se ipsum et fidele devotionis obsequium. Quantum luna ceteris stellis est lucidior et solis radius luciditate lunae fulgentior, tantum ingenii vestri claritudo vestraeque scientiae profunditas cunctos citra mare modernos in literatura exuperat tam barbaros quam latinos. Nec est aliquis sanae mentis, qui huic sententiae valeat refragari, quod cum largitor gratiarum, a quo cuncta bona procedunt, singula suis singulis dona distribuit, tibi soli videtur scientiarum et gratiarum plenitudinem contulisse. In te namque reperiuntur sanctorum gratiae universae: Noae pudicitia, Abrahae fidelitas, Ysaac confidentia, Iacob longanimitas, Moysi tolerantia, Iosuae stabilitas, Helyae devotio, Helisei perfectio, David benignitas, sensus Salomonis, Iob patientia, castitas Danielis, Ysaiae facundia, perseverantia Ieremiae cum ceteris sanctorum virtutibus in tua plenissime habitant sanctitate. Adhuc tu in scientiis liberalibus literatissimus, in ecclesiasticis et legibus peritissimus, in divinis et moralibus doctissimus. Ideo dignum fuit, ut haberet vestra clementia librum praesentis operis, in quo de omnibus fere scientiis aliquid utile continetur.

Cum igitur vobiscum essem apud Antiochiam, reperta hac pretiosissima philosophiae margarita placuit vestrae dominationi, ut transferrem de lingua arabica in latinam. Porro vestro mandato cupiens humiliter obedire et voluntati vestrae, sicut teneor, deservire hunc librum, quo carebant Latini eo quod apud paucissimos Arabes invenitur, transtuli cum magno labore et lucido sermone de arabico ydiomate in latinum ad vestram magnitudinem et honorem eliciens quandoque ex litera literam et quandoque sensum ex sensu, cum alius loquendi modus sit apud Arabes, alius apud Latinos.

Quem librum peritissimus princeps philosophorum Aristotiles composuit ad petitionem regis

---

[1]) Contuli codices *BLM* (cf. p. 2) et editionem principem (= *p*), de qua cf. p. 34 n. 2.

1. religionis christianae] christianae religionis *M* Vere] viro *B* *om. M* *num* natione *vel* genere? 2. Tripolis] tropol'. *L* tripolitanae *M* glorioso] gloriosissimo *M* Philippus] philipus *L* Philosophus *B* 3. Quantum] Quanto *B* 4. vestraeque] vereque *p* citra] circa *LM* in] *om. B* exuperat] exuberat *BLM* 5. tam] quam *p* sententiae] scientiae *LMB* 6. quod] quia *B* Quoniam *M* cum] tum *L* largitor gratiarum] gratiarum largitor *B* cuncta bona] bona cuncta *p* procedunt] processedunt *L* singula] *om. M* suis singulis] singulis suis *M* singulis *B* distribuit] distribuat *M* 7. scientiarum — gratiarum] gratiarum et scientiarum *M* plenitudinem] dona *M* sanctorum — universae] gratiae universae sanctorum *M* 8. Abrahae] habrahe *B* habriae *M* fidelitas] felicitas *p* Iacob] *om. B* tolerantia] tollerantia *B* 9. Helyae] elie *B* helio *M p* Helisei] helizei *p* sensus] Thobie Sensus *B* 10. Ysaiae] isaye *p* facundia] facunditas *M* fecunditas *B p* feconditas *L* Ieremiae] yeremiae *M* 11. Adhuc] Ad hoc *M* ecclesiasticis] eclesiasticis *M* et] *om. p* 12. legibus] legalibus *M* haberet] habeat *M* 14. vobiscum essem] essem vobiscum *B* Antiochiam] anthiochiam *LM* pretiosissima philosophiae] philosophie pretiosissima *B p* philosophiae] phylosophye *M* 15. dominationi] donationi *p* transferrem] transferretur *p* arabica] rabarica *LM* latinam] latinum *p* 16. Latini] antiqui, *in marg.* latini *M* 17. ydiomate] indiomate *M* idiomato *p* 18. in latinum] latino *M* magnitudinem] gloriam *M* ex litera literam et] literam ex litera *M* 19. loquendi modus sit] sit loquendi modus *M* Arabes] arabicos, et *M* 20. Aristotiles] aristoteles *p*, *ut constanter*

Alexandri, discipuli sui. Qui postulavit ab eo, ut ad ipsum veniret et secreta quarundam artium sibi fideliter revelaret, videlicet motum, operationem et potestatem astrorum in astronomia et artem alchimiae in natura et artem cognoscendi naturas et operandi incantationes et celimantiam et geomantiam. Qui quidem ire non potuit propter aetatem senescentem et corporis gravitatem, et quamvis secreta praedictarum scientiarum occultare modis omnibus proposuerat, tamen voluntati et postulationi tanti domini nec ausus fuit nec debuit contraire. Volens itaque in parte imperatori satisfacere et in parte secreta artium occultare hunc librum edidit loquens aenigmatibus, exemplis et figurativis locutionibus docens extrinsecus litera tenus phisicam doctrinam pertinentem ad dominum dominorum, ad sanitatem corporis conservandam et ad ineffabilem utilitatem et cognitionem corporum supercelestium acquirendam, intrinsecus vero medulla tenus innuit aenigmatice et secrete Alexandro principale propositum, [propter] quod ab eodem instantissime postulaverat, dividens utique praesentem codicem in distinctiones vel libros X, quorum quilibet continet in se capitula et particulas terminatas. Ut vero sub certis capitulis vel titulis in promptu et citius inveniatur quod quaeritur, ego ad utilitatem legentium in huius libri principio collegi et descripsi librorum principia et omnia capitula titulorum.

Vestrae igitur prudentiae, pater clementissime, istud devoveo opus, quod ad vestram transtuli gloriam et honorem, ut mei memoria apud vos firmius maneat et appareat erga vestrum obsequium devotio mentis meae, supplicans humiliter et devote, quatinus si quid in hoc opere utile reperiatur vel acceptum, eius dono referatur qui mihi contulit gratiam transferendi et Aristotili componendi, si quid autem minus recte inveniatur vel inconvenienter propositum, hoc meae imperitiae et sollicitudini reputetur potius quam malitiae. Attamen vestra facundia, quam novi certissime in dictionum interpretatione vel loquendi proprietate fideliter habundare, supplenda suppleat et corrigat corrigenda. Et divina clementia vos diu custodiat sanum et incolumem ad fidelium gloriam et honorem et post longissima temporum spatia concedat vobis ad aeternum beatitudinis gaudium feliciter pervenire.

Sequitur index capitulorum.

---

1. Alexandri] Allexandri *M* eo] ipso *M* ut] quod *p* veniret] veret *p* et] aut *M* secreta] secretum *Lp* sibi fideliter revelaret] fideliter revelaret sibi *p* 2. et artem] et arte artem *M* in arte *p* alchimiae] alkimiae *L* alquimie *p* archimie *M* alconomicam *B* 3. in] *om. B* natura] naturam *M* *om. B* et] in *p* artem] arte *Lp* cognoscendi] congnoscendi *M* cogendi *Lp* incantationes] in cantatione *p* et] in *M* celimantiam] celimantia *LM* geomantiam] geomantia *L* geumantia *M* 4. quidem] quidem aristotiles *M* 5. proposuerat] proposuisset *M* et] ac *M* 6. nec—fuit] non fuit ausus *M* 7. aenigmatibus] egnimaticis *M* 8. docens—tenus] *om. B* dominum dominorum] dominorum dominum *p* 9. ineffabilem] inefabilem *M* supercelestium] supraccelestium *B* subcelestium *M* celestium *L* acquirendam] adquirendam *B* 10. innuit] immittit *p* aenigmatice] egnimatico *LB* egnima *M* secrete] discreto *B* principale] spotiale *M* [propter] *om. Mp* 11. postulaverat] postulavit *M* distinctiones] distinctione *M* vel] seu *p* *om. M* 12. continet in se] in se continet *M* certis] ceteris *p* capitulis vel titulis] titulis vel capitulis *B* titulis *Mp* 13. promptu] prontu *M* propmtu *L* et] ac *M* huius libri principio] fine huius libri *p* 14. librorum principia] principia librorum *p* 15. istud] illud *B* devoveo] de novo *L* devoveo opus] opus devoveo *B* quod] quo *L* 16. apud vos firmius] firmius apud vos *M* firmius] firmus *B* firmissimo *p* 17. quatinus] quod *M* quid] quis *p* reperiatur vel acceptum] vel acceptum reperiatur *M* 18. transferendi] transferrendi *p* quid] quis *L* 19. inconvenienter] convenienter *L* propositum] positum *M* propositum proponatur *p* imperitiae] peritiae *M* sollicitudini] insolertiae *M* reputetur] inputetur *M* deputetur *p* 20. Attamen] Ac tamen *LMp* vestra] *om. p* facundia] fecundia *p* novi certissime] certissime novi *M* dictionum] indictionum *B* distinctionum *M* interpretatione] interpretationem *M* 21. vel] et *M* fideliter] fertilitate *M* 22. diu custodiat] custodiat domine *p* incolumem] incolumem concedens vitam *B* 23. aeternum] eterno *M* gaudium] gaudia *M*

III.

Prooemium interpretationis Ioannis Hispaniensis.[1]

Domine T. dei gratia Hispanorum reginae Iohannes hyspanensis salutem.

Cum de utilitate corporis olim tractaremus et a me, quia essem medicus, vestra nobilitas quaereret ut brevem libellum facerem de observatione dyete vel continencia corporis id est qualiter se debeant continere qui sanitatem corporis cupiunt observare et componere, accidit ut meae menti cogitanti vestrae iussioni obedire huius rei exemplar Aristotilis philosophi Alexandro editum repente occurreret, quod extraxi de libro qui arabice dicitur sirr el-asrâr id est secretum secretorum quem fecit sicut praedixi Aristotiles philosophus Alexandro regi magno de dispositione regni in quo continentur multa regibus utilia, quem quidam interpres iussu imperatoris sui cum magno labore quaesivit. De cuius inventione sic ait:

Egressus sum quaerere diligenter quod mihi praeceptum est ab imperatore et non cessavi sollicite circuire loca et templa in quibus suspicabar philosophos sua abscondisse opera et quibus commendaverant suas doctrinas, donec pervenirem ad quoddam altare quod aedificaverat sibi Hermes in quo Sol venerabatur a quibusdam, ibique quendam senem prudentem et religiosum scientia et doctrina seu moribus inveni ornatum. Huic adhaesi et ei cum summa diligentia placere studui et amabilem me illi exibui et verbis dulcissimis atque honestissimis eum lenivi, quousque locum secretum mihi detegeret, in quo plura philosophorum inveni secreta. Inter quae litteris aureis hunc librum scriptum inveni et sic deo auxiliante et fortuna imperatoris iuvante invento quod mihi praeceptum fuerat et quod diu quaesieram cum gaudio reversus sum portans mecum meum desiderium.

Post haec ab eodem a graeco in arabicum hoc translatum est, ex quo ego hoc praesens opus tandem in latinum transtuli non ex toto litteraturam sequens, quod a nullo interpretante posse perfici arbitror, sed iuxta posse meum in quibusdam sensum et litteraturam aequaliter secutus sum. Nec mirum si imperitia mea hoc egit, cum fere omnes sapientes qui fuere interpretes ita egisse noscuntur. Nam

---

1) Cf. p. 25 not. 3.

1. dei—reginae] hispanorum regine dei gratia *P* hyspanensis] hispalensis *M* 2. Cum] Con *P* olim] olin *P* quia] quasi
P nobilitas] volūptas *P* 3. facerem] *om. M* 4. componere] ponere *M* 5. philosophi] philosophici *M* occurreret]
occureret *M* 6. sirr el-asrâr] cyralacerar *P* *om. M* id est] *om. M* 7. magno] magro *P* 8. iussu] nulli *P*
magno labore] labore magno *P* 10. Egressus] gressus *P* sum] *om. M* 11. et] vel *M* templa] tempora *P* suspi-
cabar] *om. M* abscondisse] abcondisse *M* et] vel in *M* 12. commendaverant] emendaverant *M* quoddam] quodam
P Hermes] ermes *M* (Hermes *praebet A recensio*) 13. Sol venerabatur] venerabatur sol *M* ibique] ibi quo *P* ibi
civem *M* senem prudentem] pudentem senem *P* seu] sive *M* 14. Huic] haec *M* adhaesi] adesi *M* et ei —
diligentia] cum summa diligentia et ei *P* illi] sibi *M* 15. lenivi] linivi *M* 16. litteris aureis] litteras aureas *P*
17. sic] sic quod sic *M* auxiliante] auxiliente *P* invento] *om. P* 19. ab eodem] *om. P* a] autem *P* translatum]
traslatum *P* ex] et *M* hoc] *om. M* 20. tandem] *om. P* toto] tota *M* sequens] secutus sum *M* inter-
pretante] interprete *M* posse] *om. P* 21. et] in quibusdam et *P* aequaliter secutus sum] secutus sum aequaliter *M*
22. fere] pene *M*

diversitas translationum indicat quod nullus valet semper sequi litteraturam. Ego autem paene magis in omnibus litteraturam secutus sum, ne longius a veritatis tramite recederem. Nemo ergo me in aliquibus deliquisse miretur aut culpet, dum coram omnibus confiteor me totius sapientiae pati inopiam. Possideat ergo iubente deo nobilitas vestra cum magna fortuna una corporis incolumitatem et sciat se habere in hoc opere magnum profectum, si auscultaverit consilium, mihi autem a deo hic donetur profectus et in futuro praemium pro labore.

1. quod] quia *P* autem] autem tamen *P* paene] *om. P* 2. ergo] enim *P* aliquibus] aliquo *M* 4. iubente — vestra] nobilitas vestra iubente deo *P* cum] *om. P* una] *om. M* incolumitatem] tam incolumitatem *P* 5. auscultaverit] ascultaverit *M* mihi] vel *M* deo] domino *M* hic] pro labore *P* donetur] dignetur *P* 6. pro labore] *om. P*

Legas pag. 6 col. 1 not. 11: *addit*
pag. 13 col. 3 not. 21: humerum *M*
pag. 30 lin. 9 col. 2: abbreviatas.

Iam finem huic commentationi impono, quae ut diei natali faustissimo, quo nullus pulchrior, nullus carior Germanis illucescebat, celebrando dicata erat, ita, cum Germanorum Imperator Rex Borussiae GUILELMVS, pater patriae, deliciae generis Teutonici, animam efflaverit, ad sollemnia memoriae huius Augustissimi Gloriosissimi Dilectissimi Principis pia mente recolendae invitabit.

Indicenda igitur sunt sollemnia quae ab Universitate Christiana Albertina in magna aula die XXII mensis Martii hora I post meridiem celebrabuntur, in quibus communem omnium maerorem oratio ab eloquentiae professore publice constituto Richardo Foerstero patrio sermone habenda interpretabitur.

His sollemnibus ut interesse velint ea qua par est observantia magistratus Imperatorios Regios perillustres cum civiles tum militares, magistratus urbicos summe colendos, sacrorum antistites maxume reverendos, gymnasii et scholae realis superioris rectores et praeceptores honoratissimos nec non viros spectatissimos ornatissimosque qui aliquo officii vel studiorum vinculo cum academia nostra coniuncti sunt, denique urbis incolas et quicunque patriae nostrae favent cupiuntque, rogatos invitatos esse volunt Rector et Consistorium academicum Universitatis Kiliensis.

Dabamus Kiliae Holsatorum idibus Martiis anni MDCCCLXXXVIII.